ANNALES BERTINIANI

EX CODICE BRUXELLENSI MS 6439–51

recognovit et exscripsit

inquisitor Georgos Therapon

in urbe Regiomontana
anno MMXXIII.

ad generalem conuentū uuarmatię habendū
comitatu suo mense augusto statuit pficisci
S; priusquā inde pmoueret nuntiū acce
pit nordmannos uelle trans albiā saxoniae
regionem inuadere. atq; exercitū eox
qui hoc facturus esset nrīs finib. appinqua
re. Quo nuntio cōmot misit inomīs francię
partes. & iussit. ut cum summa festinatio
ne tota plī sui generalitas post se insaxo
niā uenisset. Iudicans simul uelle se apud
nouesium medio circit iulio hrenum tran
sire sed ubi una esse compereret. quae
de nordmannis dispserat. sicut dispositum
pus habebat. medio mense augusto. uuarma
tiam uenit. ibiq; habitū generali conuentu
& oblata sibi annua dona sollempni more
suscepit. Et legationes plurimas quae tā
de roma. & beneuentano. quam & de aliis
longinquis terris adeum uenerant. audi
uit. atq; absoluit. Hlotharium qq; filium
suum finito conuentu initaliā direxit
adbernardū comitē barchinonę. qui tunc
inmarcha hispanię psidebat camerariū in
palatium constituit. Aliis etiā causis. quę
ad illius placiti completionē ptinere uide
bantur congruo modo dispositis atq; com
pletis plo q; adsua ire dimisso. Ipse ad au
tumpnalis uenationis exercitū franconouordo uillam pfectus ē. Qua transacta
adhiemandū aquis grani reuersus. ē. Ubi
ad missam scī martini. ac festiuitatē beati
andreę aplī. necnon & ipsum sacroscī
dnīcę natiuitatis diem cum magna lętitia
& exultatione celebrauit.

Anno ab incarnatione dnī. dcccxxx.
Conuentus ibidē factus est. inquo statuit
cū uniuersis francis hostiliter inpartes
britannię pficisci. maxime quę hoc persuadente
bernhardo camerario. & non multopost aquis
exiuit. idest quarta feria quę dicit capud ieiuni
um ualde pedū egritudine laboriosus. & per
maritima loca illuc properare. domna impera
tatrice inaquis dimissa. Quod iter omnis
populus moleste ferens. ppter difficultatē itine
ris cū illuc sequi noluerunt. Nam aliqui
exprimoribus murmurationem populi cognos
centes. conuocauerunt illū uteū afide quam
domno imperatori promissam habebant auer
terent. Ideoq; omnis populus qui inbritanniā
ire debebat ad parisium se coniunxit. necnō

hlotharū deitalia. & pippinū deaquitania hos
tiliter aduersū patrē uenire. ut illū deregno
eicerent. & nouercā suā pderent. acbernardum
interficerent. compulerunt. Quod pfat
bernardus sentiens fuga lapsus barcinonā
puenit. Cumq; domno impatori pmissam
illox consilium denuntiatū fuisset. continuo
obuiā illis ad compendiū prexit. Ibiq; ueni
ens pipinus cummultitudine plī consensu
lotharii omēm potestatē regia. uxoremq; ei
tulerunt. ac uelantes eā miserunt pictauis
admonasteriū scē radegundis. cui etiā fratres
conradū uidelicet. atq; rodulfum tonsoran
tes pmonasteria retruserunt. Post octauas
aut pascę lotharius deitalia pueniens. placi
tum illic habuit. & herebertum fratrē ber
nardi excecari iussit. Aliquos fidelis dnī
impatoris incustodiā misit. His omib. ita
pactis aliū conuentū domn impator cum
filio suo hlothario circa kalendas octobris
nouiomago conduxit. Ubi saxones. & ori
entes franci conuenire potuissent. Ha
illuc exutraq; parte scilicet domni. &
hlotharii multox congregat est ex
ercitus. Ibiq; domnus impator recupato
impio. iussit auctores illius facti quorū
fraus detecta. & conspiratio patefacta erat
ppt illox controuersiam incustodiā mitti
usq; ad aliud placitū. quod aquis grani erat
habitur. Uerum abomib. epīs. abbatib.
comitis. ac ceteris francis iudicatū. ē. ut con
iunx ei. quę iniuste. & sine lege. ac iudicio
ablata fuerat admemoratū dictum placitū
reduceretur. Et siquis libet aliqd crimen
illi obicere uellet. aut se legib. defenderet
aut iudicium francox subiret. Et inde domn
impator adhiemandū aquis pperauit

Anno ab incarnatione
dnī. dcccxxxi. circa kalendas
februarii sīc condictum fuerat. ge
nerale placitum habuit. eosq; qui anno
supiori ppt seditionē pus compendio.
& postea intiumago domnū impatorē
offenderant. uenire iussit. ut illox causa
discuteret. & diiudicaretur. Primumq;
a filiis ei. ac deinde a cuncto qui aderat
plō iudicatum. ē. ut capitalē subirent
sententiā. Tunc domn impator solita
pietate uitā. & membra illis indulsit
ipsos q; pdiuersa loca adcustodiendū cōmdauit.

Conspiratio contra Ludouicum imperatorem

Sic finit
Eginhartus
271 [illegible]
[illegible]

Sic finit
Adhelmus
fol 932
incipit
continuator
[illegible]
[illegible] fol 960



ad generalem conuentum uuarmatię habendum comitatu suo mense augusto statuit proficisci Sed priusquam inde promoueret nuntium acce pit nordmannos uelle trans albiam saxoniæ regionem inuadere atque exercitum eorum qui hoc facturus esset nostris finibus appinqua- -re. Quo nuntio commotus misit in omnes francię partes, et iussit, ut cum summa festinatio- ne tota populi sui generalitas post se in saxo niam uenisset. Iudicans simul uelle se apud nouesium medio circiter iulio hrenum tran- -sire sed ubi una esse compereret, quae de nordmannis disperserat, sicut dispositum prius habebat, medio mense augusto, uuarma tiam uenit, ibique habito generali conuentu et oblata sibi annua dona sollempni more suscepit. Et legationes plurimas quae tam de roma, et beneuentano, quam et de aliis longinquis terris ad eum uenerant, audi uit, atque absoluit. Hlotharium quoque filium suum finito conuentu in italiam direxit ad bernardum comitem barchinonę, qui eatenus in marcha hispanię p̄sidebat camerarum in palatium constituit. Aliis etiam causis, quę ad illius placiti completionem pertinere uide- bantur congruo modo dispositis atque com- pletis populoque ad sua ire dimisso. Ipse ad au tumpnalis uenationis exercitum francono- uordo uillam profectus est. Qua transacta ad hiemandum aquis grani reuersus est. Ubi ad missam sancti martini, ac festiuitatem beati andreę apostoli, necnon et ipsum sacrosanctam dominicę nauitatis diem cum magna lętitia et exultatione celebrauit.

Hic finit ehinhartus 271 t 2 du chesne

Hic finit Adelmus fol 432 incipit continuator vitae lud. pij fol 460 in corpore ve. hist. francicae

Anno ab incarnatione domini d ccc xxx. Conuentus ibidem factus est, in quo statuit cum uniuersis francis hostiliter in partes britannię proficisci, maxime quę hoc persuadente bernhardo camerario, et non multo post aquis exiuit, id est quarta feria quae dicitur capud ieiuni- um ualde pedum ęgritudine laboriosus, et per maritima loca illuc properare, domna impera- ratrice in aquis dimissa. Quod iter omnis populus moleste ferens, propter difficultatem itine- ris eum illuc sequi noluerunt. Nam aliqui ex primoribus murmurationem populi cognos- centes, conuocauerunt illum ut eum a fide quam domno imperator~~e~~[i] promissam habebant auer- terent. Ideoque omnis populus qui in britanniam ire debebat ad parisium se coniunxit, necnon hlotharium de italia, et pippinum de aquitania hos- tiliter aduersum patrem uenire, ut illum de regno eicerent, et nouercam suam perderent, ac bernardum interficerent, compulerunt. Quod p̄fatus bernardus sentiens fuga lapsus barcinonam peruenit. Cumque domno imperatori ~~promissam~~ illorum consilium denuntiatum fuisset, continuo obuiam illis ad compendium perrexit. Ibique ueni- ens pipinus cum multitudine populi consensu lotharii omnem potestatem regiam, uxoremque eius tulerunt, ac uelantes eam miserunt pictauis ad monasterium sanctę radegundis, cuius etiam fratres conradum uidelicet, atque rodulfum tonsoran tes per monasteria retruserunt. Post octauas autem pascę lotharius de italia perueniens, placi tum illic habuit, et herebertum fratrem ber nardi excecari iussit. Aliquos fideles domni imperatoris in custodiam misit. His omnibus ita peractis alium conuentum domnus imperator cum filio suo hlothario circa kalendas octobris nouiomago conduxit. Ubi saxones, et ori entes franci conuenire potuissent. Nam illuc ex utraque parte scilicet domni, et hlotharii multorum congregatus est ex ercitus. Ibique domnus imperator recuperato imperio, iussit auctores illius facti quorum fraus detecta, et conspiratio patefacta erat propter illorum controuersiam in custodiam mitti usque ad aliud placitum, quod aquis grani erat habiturus. Uerum ab omnibus episcopis, abbatibus, comitis, ac ceteris francis iudicatum est, ut con- iunx eius, quę iniuste, et sine lege, ac iudicio ablata fuerat ad memoratum dictum placitvm reduceretur. Et si quislibet aliquod crimen illi obicere uellet, aut se legibus defenderet aut iudicium francorum subiret. Et inde domnus imperator ad hiemandum aquis properauit

Conspiracio contra Ludouicum imperatorem

Anno ab incarnatione domini ccc d xxx j. circa kalendas februarii sicut condictum fuerat, ge- nerale placitum habuit, eosque qui anno supiori propter seditionem prius compendio, et posita in niumago domnum imperatorem offenderant, uenire iussit, ut illorum causa discuteretur, et diiudicaretur. Primumque a filiis eius, ac deinde a cuncto qui aderat populo iudicatum est ut capitalem subirent sententiam. Tunc domnus imperator solita pietate vitam, et membra illis indulsit ipsosque per diuersa loca ad custodiendum commendauit;

Lotharius uero propter quod magis illis consenserat quam debuisset genitoris pii commouit animum. Ad quod placitum domna imperatrix fuerat iussu ueniens, et in conspectu domni imperatoris ac filiorum eius assistens de cunctis se obicientibus purificare uelle aiebat. Percunctatusque est populus, si quislibet in eam aliquod crimen obicere uellet. Cumque nullus inuentus esset qui quodlibet illi malum inferret, purificauit se secundum iudicium francorum de omnibus quibus accusata fuerat.

[illegible] 461 ao 830

Peractoque placito hlotharium in italiam, pipinum in aquitaniam, hludouuicum in baioariam ire permisit. Ipse autem circa kalendas mai ad ingulehem ueniens hlotharium illuc ad se uenientem honorifice suscepit. Hi quoque qui in exilium missi fuerant adducti et absoluti, gratiamque domni imperatoris adepti sunt.

462. Tertium uero generale in theodonis uilla habuit. Ibique ad eum legati amyralmumminin de perside uenientes pacem petierunt, qua mox impetrata reuersi sunt. Nec non missi danorum eadem exorantes uenerunt, et foedere firmato ad propria repedarunt. Multaeque legationes sclauorum ad eum uenientes auditae, dispositae et absolutae sunt. Bernardus comes adueniens de quibus accusatus fuerat domno imperatori filiisque suis iure iurando satisfecit. Filii quoque eius qui adfuerant ad sua remearunt. Pippinum ibi diutius expectans plures ad eum legatos direxit ut ueniret. Qui se uenturum promisit, et uenire distulit. Ipse uero ad hiemandum post missam sancti martini aquis uenit. Ibi pipinus paucis diebus ante natalem domini ad eum uenit, quem domnus imperator propter inobedientiam illius non tam benigne suscepit quam antea solitus fuerat.

Anno ab incarnatione domini .dcccxxxii. Indignatus pippinus quod a patre non fuerat honorifice susceptus, inito consilio in innocentium uigilia prima noctis hora cum paucis suorum fuga lapsus est, et sub omni festinatione aquitaniam petiit. At domnus imperator grauiter inde commotus est, numquam existimans filio suo talia debere contingere, aut patris presentiam fugere. Tunc igitur conuocatis undique consiliariis, habitoque cum eis consilio quid de his agendum esset, statutum est ut suum generale placitum in aurelianis ciuitate habendum denuntiaretur. Illucque hlotharium de italia, hloduuuicum uero ad aquis uenire, partemque cum patre ad condictum placitum pergere. Quibus ita consideratis et ubique ad hoc adnuntiandum legatis directis, subito peruentum est ad aures piissimi imperatoris hloduuuicum cum omnibus baioariis liberis et seruis et sclauis quos ad se conuocare potuerat alemanniam, quae fratri suo karolo a patre iam dudum data fuerat, ingredi uelle, eamque uastare et diripere ac suo regno adunare, cunctumque populum regni illius ei fidelitatem promittere, et his perpetratis in franciam cum ipso exercitu hostiliter uenire, et de regno patris sui quanto plurimum potuisset inuadere sibique subicere. Cumque hoc compertum esset, statim domnus imperator mutato placito omnes francos occidentales et australes nec non et saxones obuiam sibi quarto decimo kalendas mai maguntiam uenire praecepit. Hoc audientes omnes alacriter ad domnum imperatorem uenire festinauerunt, et in omnibus auxilium praebere cupientes. Quo etiam tempore eclipsis lunae tertio decimo kalendas mai post solis occasum facta est. Eclipsis lunae

Domnus imperator cum magontiam uenit, ubi et ad placitum quod eis constituerat omnis populus occurrit. Mox in crastinum cum ualida francorum et saxonum manu rheno et moine fluminibus transitis circa triburin uillam castrametatus est. Hlodouuicus uero filius eius iuxta uormatiam in uilla quae uocatur langbardhim cum suo exercitu residebat, uariis pollicitationibus spem suam habens intentam, quia hoc illi a suis promissum est, nec non et ab aliis qui cum eo erant comitibus et uassallis domni imperatoris et karoli, ut omnes australes franci et saxones ei auxilium ferre deberent. Et hoc maxime matfridus dolose meditatus et machinatus est, cui domnus imperator anno priore cum ad mortem diiudicatus fuerat, uitam et membra et hereditatem habere concessit. Cumque hloduuuicus patrem suum cum tanta fidelium copia hrenum transisse cognouit, minorata est ei audacia, et ex petitae iniustae potentiae spes ablata est. Nec mora cum suis hominibus baioariam per eandem uiam qua uenerat festinanter reuersus est. Plurimique eorum qui cum illo erant ad domnum imperatorem regressi sunt. Audiens domnus imperator subitaneam eius reuersionem, perrexit ad locum de quo ille redierat, ibique plurima deuastata inuenit. Quae omnia aduersa sicut

Lotharius uero propter quod magis illis consen serat, quam debuisset, genitoris pium commouit animum. Ad quod placitum domna imperatrix fuerat iussum ueniens, et in conspectu domni imperatoris, ac filiorum eius assistens decunctis se obicientibus purificare uelle aiebat. Percunctatusque est populus, si quislibet in eam aliquod crimen obicere uellet. Cumque nullus inuentus esset, qui quodlibet illi malum inferret, purificauit se secundum iudicium francorum de omnibus quibus accusa fuerat. Vita lud. pij 461 anno 830 Peractoque placito hlotharium in italiam pipinum in aquitaniam, hludouuicum in baioariam ire permissit. Ipse autem circa kalendas mai ad ingulehem ueniens hlotharium illic ad se uenientem honorifice suscepit. Hi quoque, qui in exilium missi fuerant adducti, et absoluti, gratiamque domni imperatoris adepti sunt Tertium uero generale in theodonis uilla habuit 462 ibique ad eum legati amyralmum min inde perfide uenientes pacem petiuerunt; quam mox impetrata reuersi sunt. Nec non missi danorum eadem exorantes uenerт̄, et foedere firmato ad propria repedarunt, multęque legationes sclauorum ad eum uenientes, audite disposite, et absolute sunt. Bernardus comes adueniens de quibus accusatus fuerat domno impatori filiisque suis iure iurando satisfecit. Filii quoque eius qui adfuerant, ad sua remeart̄. Pippini inibi diutius exspectans plures ad eum legatos direxit ut ueniret. Qui se uenturum promisit, et uenire distulit. Ipse uero ad hiemandvm post missam sancti martini aquis uenit, ibi pipinus paucis diebus ante natalem domini ad eum uenit Quem domnus imperator propter inobedientiam illius non tam benigne suscepit, quam antea solitus fuerat.

Anno ab incarnatione domini d ccc xxxjj. Indignatus pippinus, quod a patre non fuerat honorifice susceptus, inito consilio in innocentium uigilia, prima noctis hora cum paucis suorum fuga lapsus est, et sub omni festinatione aquitaniam petit. At domnus imperator grauiter inde commotus est numquam existimans filio suo talia debere contingere, aut patris p̄sentiam fugere. Tunc igitur conuocatis undique consiliariis habitoque cum eis consilio quid de his agen dum esset, statutum est ut suum generale placitum in aurelianis ciuitate habendum denuntiaretur. Illucque hlotharium de italia, hloduuuicum uero ad aquis uenire pariterque cum patre ad condictum placitum pergere Quibus ita consideratis, et ubique ad hoc adnuntiandum legatis directis, subito peruentum est ad aures piissimi imperatoris hloduuuicum cum omnibus baioariis liberis et seruis, et sclauis, quos ad se conuocare potuerat, alemanniam quę fratri suo karolo a patre iam dudum data fuerat ingredi uelle, eamque uastare, et diripere, ac suo regno adunare cunctumque populum regni illius ei fidelitatem promittere, et his perpetratis in franciam cum ipso exercitu hostiliter uenire et de regno patris sui quanto plurimum potuisset inuadere, sibique subicere. Cumque hoc comper tum esset, statim domnus imperator mutato placito omnes francos occidentales, et australes nec non et saxones obuiam sibi quartodecimo kalendas mai maguntiam uenire p̄cepit. Hoc audientes omnes alacriter ad domnum imperatorem uenire festinauerт̄, et in omnibus auxilium p̄bere cupientes. Quo etiam tempore eclipsis lunę tertio eclipsis lune decimo kalendas mai post solis occasum facta est. Domnus imperator cum magontiam uenit, ubi et ad placitum, quod eis constituerat, omnis populus occurrit, mox in crastinum cum ualida francorum, et saxonum manu, rheno, et moine fluminibus transitis circa triburin uillam castrametatus est. Hloduuuicus uero filius eius iuxta uormatiam in uilla quę uocatur lang bardhim cum suo exercitu residebat uanis pollicitationibus spem suam habens intentam, quia hoc illi a suis promissum est nec non et ab aliis qui cum eo erant comitibus et uassallis domni imperatoris, et karoli, ut omnes australes franci, et saxones ei auxilium ferre deberent. Et hoc maxime matfridus dolose meditatus, et machinatus est. Cui domnus imperator anno priore cum ad mortem diiudicatus fuerat, uitam, et membra, et hęreditatem habere concessit. Cumque hloduuuicus patrem suum cum tanta fidelium copia hrenum transisse cognouit, minorata est eius audacia, et expetite, iniustę potentię spes ablata est. Nec mora cum suis hominibus baioariam per eandem uiam qua uenerat, festinanter reuersus est. Plurimique eorum qui cum illo erant ad domnum imperatorem regressi sunt. Audiens domnus imperator subitaniam eius reuersionem, perrexit ad locvm de quo ille redierat, ibique plurima deuas tata inuenit. Quę omnia aduersa sicut

tis mos e̅. patient̅ tulit. & lento gradu non filiũ
p̱ sequendo cum omi̅ exercitu in alemanniam
p̱rexit. p̱uenitq. ad agustburg sup̱ lech. ibiq.
filium suum qui talit̅ seductus fuerat. ad se uenire
fec. ac solita pietate quę contra se facta fuerant
omĩa illi indulsit. Qui tam̅ iure iurando p̱misit
ne ultra talia p̱petraret. neq. aliis adhoc consen
tiret. Pactoq. placito filium suum cũ pace baioa
riam redire p̱misit. Et exercitu dimisso. ipse
p̱ austriã ad salz. uenit. Ibiq. illi domna impatrix
obuiã occurrit. qui una nauali itinere magon
tiam uenerunt. ubi & hlotharius patri occurrit.
Ubi etiã denuo annuntiatũ e̅. placitum generale
kalendas septembris aurelianis habendũ. Ibiq.
unumquẽq. liberũ hostilit̅ aduenire. Cũq. illuc
p̱uenit. dona annualia more solito suscipiens.
max inde adlemodicas festinauit. Tunc filiũ suum
pippinũ ad se uocans int̅ cetã increpauit eum.
cur de ei' p̄sentia sine licentia aufugisset. Paterno
illum affectu corripere cupiens infranciam ire p̄-
cepit. ut in illo loco quo eum iniunxit morã facere
quousq. sua em̃dationẽ patris animũ mitigaret.
Ille se facturum simulans. & de incepto itinere
regrediens patnam iussionẽ implere contẽpsit.
Domno impatore p̱ alias partes aquitanię inranciã
reuertente. dumq. hoc illi nuntiatũ esset. non tam
cito infranciam uenit sicut dispositũ habuerat.
sed p̱pt̅ hoc aliquantis dieb. illis inpartib. moras
faciens tandẽ natale dñi cinomannis p̱uenit.

Anno ab incarnatione
dñi. dccc xxxiii. Nam ibi celebratis scis
dieb. recto itinere aquis p̱uenit. Ubi non
multis dieb. demoranti nuntiatum e̅. illi. quod
triũ filii sui adunati parit̅ in illum insurgere.
et cũ multa copia hostilium inruere uellent.
Qui consilio inito uuormatiã ante initium
quadragisimę p̱uenit. ibiq. pactis illis dieb. scãe
pascę. & pentecostes celebrauit. Conuocatoq.
exercitu obuiis ire disposuit. ut si eos uerbis pacificis
ab hac audacia auertere nequiuissent armis. ne
xpianũ plm̃ loederent compesceret. Deniq. filii
ei' coeptum pagere cupientes inpago helisaice
in loco qui dicitur iuxta columburc. qui deinceps
camp' mentitus uocatur. se coniunxert̅. Idẽ hlotha
rius de italia gregorium apostolicum secũ addu-
cens. pippinus de aquitania. & hlodouuinus de
baioaria. cum plurima hominũ multitudine.
Quib. dum domnus impator occurrisset. nulla
ten' eos ab eadẽ p̱tinacia compescere potuit
sed prauis p̱suasionib. & falsis p̱missionibus plm̃
qui cum domno uenerat. decoeperunt. ita ut omĩs
illũ dimitterent. Droco uõ frat̅ impatoris.
& modoinus. ac uuilliricus. atq. p̄fat'
aldric' epi cum ñ nullis epis aliis. abbatib.
comitib. ac reliquis suis fidelib. cum illo
remanserunt. Nam aliqui ex illis in quos
eoꝝ ira maxime seuiebat abscesserunt. &
in locis amicoꝝ ac fidelium se contulerunt.
Ablataq. illi coniuge. & in italiã apud ciui
tatem cartonã in exilium directa. hlotha
rius arrepta potestate regia aplicum ro-
mam pipinum in aquitaniã. & hlodouuicũ
in baioariã redire p̱misit. Ipse uõ patrem
secum sub custodia p̱ mettis usq. ad suessionis
ciuitatẽ p̱ducens illic eũ in monasterio
sci̅ medardi in ea custodia reliquit. Et
filium ei' karolum illi auferens ad monaste
rium p̱rũe transmisit. unde patrẽ nimium
contristauit. Deinde condictum placitũ kalendas
octobris hlotharius in compendio abiit. Ibiq.
epi̅. abbates. comites. & uniũsus pls̅ conueni
entes dona annualia ei p̄sentarunt. fidelita-
temq. p̱miserunt. Nam illuc quo legati ex
constantinopoli qui ad patrẽ fuerant destinati
ad hlotharuũ p̱uenerunt. eiq. epãs. & munera
detulerunt. In quo conuentu multa in domnũ
impatorem crimina confixerunt. Int̅ quos
ebore morũ eps̅ falsarum obiectionum incen
tor extiterat. & tandiu illum uexauert̅.
quousq. arma deponere. habitũq. mutare
cogentes liminib. ecclę̅ pepulerunt. ita
ut nullus cum eo loqui auderet. nisi illi qui
ad hoc fuerant deputati. Postea uero metu
entes ne ab ipso loco a quibusdã suis fidelibus
eriperetur. Ipse uõ hlotharius ad idẽ monas
terium ueniens patrẽ illo nolente secum
adduxit. atq. in compendio sub eadẽ ex commu
nicatione retinuit. Tunc pacto placito hlo-
tharius ad hiemandũ aquis p̱perauit. &
patrẽ suum secum ire sub p̄dicta custodia
fec. ac uigilia scĩ andreę aquis p̱uenit.
Post paucos aut̅ dies accidit. ut ob quasdã
causas hlotharius. & hlodouuic' magontie
colloquium haberent. Ubi hlodouuicus
fratrem suum hlotharuũ obnixe dep̄catus e̅.
ut patri illoꝝ mitior fieret. nec tã stricta
custodia illum teneret. Quod illo rennuente
hlodouuic' tristis abscessit. Deinceps cum suis
meditans. qualit̅ patrẽ suum ab eadẽ custodia
eriperet. hlotharius aut̅ paucis diebus ante
natale dñi aquis p̱uenit.

Anno ab incarnatione dñi. dccc xxxiiii.

eis mos est, patienter tulit, et lento gradu non filium persequendo cum omni exercitu in alemanniam perrexit, peruenitque ad agustburg super lech, ibique filium suum qui taliter seductus fuerat, ad se uenire fecit, ac solita pietate quę contra se facta fuerant omnia illi indulsit. Qui tamen iure iurando promisit ne ultra talia perpetraret, neque aliis ad hoc consen tiret. Peractoque placito filium suum cum pace baioa riam redire permisit. Et exercitu dimisso, ipse per austriam ad salz uenit. Ibique illi domna imperatrix obuiam occurrit, qui una nauali itinere magon tiam uenerunt, ubi et hlotharius patri occurrit. Ubi etiam denuo annuntiatum est placitum generale kalendas septembris aurelianis habendum. Ibique unumquemque liberum hostiliter aduenire. Cumque illuc peruenit, dona annualia more solito suscipiens, mox inde ad lemodicas festinauit. Tunc filium suum pippinum ad se uocans inter cętera increpauit eum, cur de eius p̄sentia sine licentia aufugisset. Paterno illum affectu corripere cupiens in franciam ire p̄- cepit, ut in iłloco quo eum iniunxit moram facere quousque sua emendatione patris animum mitigaret. Ille se facturum simulans, et de incepto itinere regrediens paternam iussionem implere contempsit. Domno imperatore per alias partes aquitanię in franciam reuertente, dumque hoc illi nuntiatum esset, non tam cito in franciam uenit sicut dispositum habuerat, sed propter hoc aliquantis diebus illis in partibus moras faciens tandem natale domini cinomannis peruenit.

Anno ab incarnatione domini d ccc xxx iij. Nam ibi celebratis sanctis diebus recto itinere aquis peruenit. Ubi non multis diebus demoranti nuntiatum est illi, quod iterum filii sui adunati pariter in illum insurgere, et cum multa copia hostilium inruere uellent Qui consilio inito uuormatiam ante initium quadragisimę peruenit, ibique peractis illis diebus, sanctae pascę, et pentecostes celebrauit. Conuocatoque exercitu ob illis ire disposuit, ut si eos uerbis pacificis ab hac audacia auertere nequiuissent armis, ne christianum populum loederent compesceret. Denique filii eius coeptum peragere cupientes in pago helisaice in loco qui dicitur iuxta columburc, qui deinceps campus mentitus uocatur, se coniunxert̄ Idem hlotha rius de italia gregorium apostolicum secum addu- cens, pippinus de aquitania, et hlodouuinus de baioaria, cum plurima hominum multitudine Quibus dum domnus imperator occurrisset, nulla tenus eos ab eadem pertinacia compescere potuit sed prauis persuasionibus, et falsis promissionibus populum qui cum domno uenerat, decoeperunt, ita ut omnes illum dimitterent. Droco uero frater imperatoris, et niodoinus, ac uuilliricus, atque p̄fatus aldricus episcopi cum nonnullis episcopis aliis, abbatibus comitibus, ac reliquis suis fidelibus cum illo remanserunt. Nam aliqui ex illis in quos eorum ira maximæ seuiebat absceserunt, et in locis amicorum ac fidelium se contulerunt Ablataque illi coniuge, et in italiam aput ciui tatem cartonam in exilium directa Hlotha rius arrepta potestate regia apostolicum ro- mam pipinum in aquitaniam, et hlodouucum in baioariam redire permisit. Ipse uero patrem secum sub custodia per mettis usque ad suessionis ciuitatem perducens illic eum in monasterio sancti medardi in ea custodia reliquit. Et filium eius karolum illi auferens ad monaste rium pronee transmisit, unde patrem nimium contristauit; Deinde condictum placitum kalendas octobris hlotharius in compendio abiit. Ibique episcopi, abbates, comites, et uniuersus populus conueni entes dona annualia ei p̄sentarunt, fidelita temque promiserunt. Nam illuc quo legati ex constantinopoli qui ad patrem fuerant destinati ad hlotharium peruenerunt, eique epistolas, et munera detulerunt. In quo conuentv multa in domnum imperatorem crimina confixerunt. Inter quos ebore morum episcopus falsarum obiectionum incen tor extiterat, et tandiu illum uexauert̄; quousque arma deponere, habitumque mutare cogentes liminibus ęcclesię pepulerunt, ita ut nullus cum eo loqui auderet, nisi illi qui ad hoc fuerant deputati. Postea uero metu entes ne ab ipso loco a quibusdam suis fidelibus eriperetur. Ipse uero hlotharius ad idem monas terium ueniens patrem illo nolente secum adduxit, atque in compendio sub eadem excommu nicatione retinuit; Tunc, peracto placito hlo tharius ad hiemandum aquis properauit, et patrem suum secum ire sub p̄dicta custodia fecit, ac uigilia sanctę[i] andreę aquis peruenit. Post paucos autem dies accidit, ut ob quasdam causas hlotharius, et hloduuuicus magontie colloquium haberent. Ubi hloduuuicus fratrem suum hlotharium obnixe dep̄catus est ut patri illorum mitior fieret, nec tam stricta custodia illum teneret. Quod illo rennuente hloduuuinus tristis abscessit. Deinceps cum suis meditans, qualiter patrem suum ab eadem custodia eriperet. Hlotharius autem paucis diebus ante natale domini aquis peruenit.

Anno ab incarnatione domini d ccc xxx iiij.

Et domnus quidē imp̄ator in aquis seruabatur. nihilq; humanius erga illum fiebat sed multo crudelius adūsarii in illū saeuiebant. Die noctuq; satagentes tantis afflictionib; ei⁹ animū emollire. ut sponte seculum reliquiss&. & se in monasteriū contulissẽ. At ille numq̄ se facturum aiebat quandiu de se nullam potestatē haber& aliquod uotum. Uerum cum hlodouuicus comperiss&. quod nihil ei⁹ petitio apud germanum p̄ualer&. ut mitius apud patrē egiss&. misit legatos ad fratrē suum pippinū. eiq; innotuit omīa que erga patrē gesta fuerant. dep̄cans illum. ut reminiscens paterni amoris ac reuerentię una cum illo patrem de illa tribulatione eriper&; At ille statim conuocauit exercitum aquitanioꝝ. & ultra sequanensium. hlodouuic⁹ baiarios austrasios saxones. alemannos. necnon & francos. qui circa carbonariā consistebant. cū quibus etiā ad aquis p̄perare coeperunt. Cumq; hoc hlotharius cognouiss& de aquis abscessit. & patrē suum. usq; ad parisius sub memorata custodia dedux̄. Ibiq; iam pippinū cū exercitu repperit sequanę insolita exuberatione transire p̄hibitum. Nam nimiū cetoꝝ q̄q; fluminum inundatio & ultra alueos insueta p̄gressio multis non paruū intulit. impedimentū. Uerū cum firmit̄ cognouiss& hlodouuicum etiā cū tanta p̄li multitudine in eādē partes p̄perare. inde p̄tinus in eodē loco patre dimisso primo kalendarū martiarū die. cum suis aufugit. Illo abscedente uenerunt ep̄i qui p̄sentes aderant. & in ecclā sc̄i dionisii domnum imp̄atorē reconciliauerunt. & regalib; uestib; armisq; induerunt. Deinde filii ei⁹ pippinus. & hlodouuic⁹ cum cęt̄is fidelib; ad eum uenientes paterno animo gaudenter suscepti sunt. Ete plurimas illis & cuncto p̄lō gr̄as egit. quod tam alacrit̄ illi auxilium p̄bere studuissent. Habito q; cum illis placito pippinū. & reliquum p̄lm̄ domum redire p̄misit. Hlodouuicū aut̄ secum usq; ad aquis uenire fecit. Et pactis festis dieb; conuocauit suos consiliarios. atq; optimates. qui in circuitu erant. & cum eis tractare studuit. qualiter filium suum hlotharium ad se uocare potuiss&. Et missis legatis in unā quāq; partem regni sui. ut de sua liberatione p̄lō annuntiarent. & ammonerent. ut fidelitatē. quā ei p̄miserant. adimplere studerent. & quicquid contra illum deliquerant. ob amorē dī illis indulsiss&. Hlotharius u° cum de parisio p̄ficisceret̄ in p̄uincię urbē uiennā p̄uenit. Ibiq; cōmorans multa incommoda illarū partiū hominibus intulit. Domn⁹ aut̄ imp̄ator. ut eū illic esse comperit. misit legatos. qui ei nuntiarent. q̄d omīa quę contra patrē egerat. illi concess&. [sis] & ut cum pace ad eum reuerterent̄. Quod spernens uenire distulit. sed in eadē p̄tinacia p̄durauit. Factum ē. aut̄ cum sentirent. qui fideles erant domno imp̄atori in italia. ratholdus uidelic& ep̄s. bonifacius comes. pippinus consanguine⁹ imp̄atoris. aliiq; quam plures. q̄d coniugem ei⁹ quidā inimicoꝝ morti tradere uellent. miserū sub omī celeritatē. qui illam eriperent. ereptāq; usq; ad p̄sentiā domni imp̄atoris in aquis incolumē p̄duxerit; Eo etiā temp̄r in expeditione quę contra lantb̄tū. & matfridum. aliosq; hlotharii complices directa fuerant int̄fecti sunt. odo. & uuillelmus frat̄ ei⁹. & foltb̄t̄ comites. & theoto monasterii sc̄i martini abbas. & alii quā plures. Interim etiā classis de danis ueniens. in frisiam aliquā partem ex illa deuastauit. Et inde p̄ uetus treiectus ad emporium. quod uocatur dorastadus uenientes. omīa diripuerunt. Homines aut̄ quosdam occiderunt. quosdā captiuatos abduxerunt. partemq; ei⁹ igni cremauerunt. Hlotharius uō cum suis cauellonem ueniens. eam expugnauit. igniq; succendit. & comites qui ibi aderant. comp̄hendit. ex quib; tres int̄fecit. Alios aut̄ secum inde sub custodia duxit. ac sororem bernardis scīmonialem in cupa positam in ararim demergi fecit. & deinde aurelianis uenit. Quib; domnus imp̄ator auditis conuocauit exercitum lingonis medio m̄se augusto. ibiq; annualia dona suscipiens. continuo ad liberandum p̄lm̄ contra inuasores regni iter p̄ tricassinoꝝ. & carnotum. atq; dunensium regiones iuxta blisum castellum. una cum filio suo ludouuico p̄uenit. Illicq; castra metat⁹ ē. Ubi etiam pippinus filius ei⁹ cum exercitu in auxilium patri occurrit. Nam hlotharius haut p̄cul in castris residens cum suis minitabatur. quod tamen minime efficere potuit; Tunc domnus imp̄ator solita clementia motus. misit ad illum. ut pacifice ad se uenir&. qua uniusa quę contra illum dicta habuerat. ei. suisq; omib; conceder&. Et hlothario quidem italiam sicut temp̄r domni karoli pippinus germanus domni imp̄atoris habuerat. concessit. Cet̄is uero uitā. membra. hereditatē. & multis beneficia p̄donauit. Quę pat̄ ad se cum suis uenientem

Et domnus quidem imperator in aquis serua batur, nihilque humanus erga illum fiebat sed multo crudelius aduersarii in illum sanie bant. Die noctuque satagentes tantis afflic tionibus eius animum emollire, ut sponte sęculum reliquisset, et se in monasterium con tulisset. At ille numquam se facturum aiebat quandiu de se nullam potestatem haberet aliquod uotum. Uerum cum hloduuuicus comperisset, quod nihil eius petitio apud germanum p̄ualeret, ut mitius apud patrem egisset, misit legatos ad fratrem suum pippinvm, eique innotuit omnia quę erga patrem gesta fuerant, dep̄cans illum, ut reminiscens paterni amoris ac reuerentię una cum illo patrem de illa tribulatione eriperet; At ille statim conuocauit exercitum aquitaniorum, et ultra sequanensium. Hloduuuicus baiarios austrasios saxones, alemannos, necnon et francos, qui circa carbonariam consistebant, cum quibus etiam ad aquis properare coeperunt. Cumque hoc hlotharius cognouisset de aquis absessit, et patrem suum usque ad parisius sub memorata custodia deduxit. Ibique iam pippinum cum exercitv repperit sequanę insolita exuberatione transire prohibitum. Nam nimium ceterorum quoque fluminum inundatio et ultra alueos insueta progressio multis non paruum intulit, impedimentum. Uervm cum firmiter cognouisset hlodouuicum etiam cvm tanta populi multitudine in easdem partes properare, inde perterritus in eodem loco patre dimisso primo kalendarum martiarum die, cum suis aufugit. Illo abscedente uenerunt episcopi qui p̄sentes aderant, et in ęcclesiam sancti dionisii domnum imperatorem reconciliauerunt, et rega libus uestibus armisque induerunt. Deinde filii eius pippinus, et hloduuuicus cum cęteris fidelibus ad eum uenientes paterno animo gaudenter suscepti sunt. Et plurimas illis a cuncto populo gratias egit, quod tam alacriter illi auxilium p̄bere studuissent. Habitoque cum illis placito pippinum, et reliquum populum domum redire permisit. Hloduuuicum autem secum usque ad aquis uenire fecit. Et peractis festis diebus conuocauit suos consiliarios, atque optimates, qui in circvitv erant, et cum eis tractare studuit, qualiter filium suum hlotharium ad se uocare potuisset Et missis legatis in unam quamque partem regni sui, ut de sui liberatione populo adnuntiarent, et ammonerent, ut fidelitatem, quam ei promise rant, adimplere studerent, et quicquid

contra illum deliquerant, ob amorem dei illis in- dulsisset. Hlotharius uero cum de parisio proficisceretur in prouincię urbem uiennam peruenit. Ibique commorans multa incommoda illarum partium hominibus intulit. Domnus autem imperator, ut eum illic esse com- perit, misit legatos, qui ei nuntiarent, quod omnia quęm contra patrem egerat, illi concessisset, et ut cum pace ad eum reuerterentur. Quod spernens uenire distulit, sed in eadem pertinacia perdurauit Factum est autem cum sentirent, qui fideles erant domno imperatori in italia ratholdus uidelicet episcopus, bonifacius comes, pippinus consanguinevs imperatoris, aliique quam plures, quod coniugem eius quidam inimicorum morti tradere uellent, misert̄ sub omni celeritatem, qui illam eriperent, ereptamque usque ad p̄sentiam domni imperatoris in aquis inco- lumem perduxert̄; Eo etiam tempore in expeditione quę contra lantbertum, et matfridum, aliosque hlotharii complices directa fuerant interfecti sunt, odo, et uuillelmus frater eius, et foltbertus comites, et theoto monasterii sancti martini abbas, et alii quam plures Interim etiam classis de danis ueniens, in frisiam aliquam partem ex illa deuastauit. Et inde per uetus treiectus ad emporium, quod uocatur dorastadus uenientes, omnia diripuerunt. Homi nes autem quosdam occiderunt, quosdam captiuatos abduxerunt, partemque eius igni cremauerunt. Hlotharius uero cum suis cauellonem ueniens, eam expugnauit, ignique succendit, et comites qui ibi aderant, comp̄hendit, ex quibus tres interfecit. Alios autem secum inde sub custodia duxit, ac sororem bernardis sanctimonialem in cupa positam in ararim demergi fecit, et deinde aurelianis uenit. Quibus domnus imperator auditis conuocauit exercitum lingonis medio mense augusto, ibique annualia dona suscipiens, continuo ad liberandum populum contra inuasores regni iter per tricassinorum, et carnotum atque dunensium regiones iuxta blisuni castellum, una cum filio suo luduuuico peruenit. Illicque castra metatus est. Ubi etiam pippinus filius eius cum exercitu in auxilium patri occurrit. Nam hlotharius haut procul in castris residens cum suis minitabatur, quod tamem minime efficere potvit; Tunc domnus imperator solita clementia motus, misit ad illum, ut pacifice ad se ueniret, quia uniuersa quę contra illum dicta habuerat, ei suisque omnibus concederet. Et hlothario quidem italiam sicut tempore domni karoli pippinus germanus domni imperatoris habuerat, concessit. Ceteris uero uitam, membra, hereditatem, et multis beneficia perdonauit. Quem pater ad se cum suis uenientem

iuramento perstrinxit ne talia facere aut alicui sentire in postmodum tam ipse quam sui deberent. Quibus confirmatis eum in Italia regredi fecit cum his qui eum sequi maluerunt. Ipse uero circa Aurelianis perueniens Pippino et Hluduuuico cunctoque exercitui redeundi licentiam tribuit et per Parisius ad Attiniacum ueniens ibi placitum cum suis consiliariis circa missam sancti Martini habuit. Ibique negotiis regni dispositis ad Theodonis uillam adhiemandum profectus est.

Anno ab incarnatione domini DCCCXXXV. dominice natiuitatis festum hilariter a Drogone fratre suo et Metensis urbis episcopo decentissime susceptus in eadem ciuitate celebrauit. Ibique peractis festis diebus ad suum palatium in Theodonis uillam reuersus est. In quo etiam circa sancte Mariae purificationem conuentum generalem habuit omnium pene imperii sui episcoporum et abbatum tam canonicorum quam regularium. In quo inter cetera ęcclastice instituta discipline summopere uentilatum est quod annis prioribus idem imperator religiosissimus maliuolorum dolisque aduersantium tergiuersatione immerito dispositus paterno hereditarioque regno et honore et regio nomine fuerat. Tandemque ab omnibus concorditer atque unanimiter inuentum atque firmatum ut illorum factionibus diuino auxilio cassatis ipse auito restitutus honori decorique merito regio reformatus deinceps fidelissima firmissimaque obedientia et subiectione imperator et dominus ab omnibus haberetur. Quam inuentionis sueque confirmationis seriem et unusquisque proprio scripto comprehendit propriaeque manus scriptione roborauit. Et plenius atque copiosius communi cunctorum descriptione in unum corpus in modum libelli comprehensa totius rei patratio qualiter acta uentilata inuenta et omnium subscriptione denuo digneque fuerit roborata deuotissima sincerissimaque beniuolentia et tantis patribus auctoritate dignissima cunctorum notitiae manifestissimum facere non distulerunt. Nam uenientes in memoriam urbem in basilica beati Stephani protomartyris missarumque celebratione peracta et uniuersis qui aderant rei ordine puplice pacto patefacto coronam insigne imperii a sacrosancto altario subleuatam sacri ac reuerendi antistites eius capiti cum maximo omnium gaudio propriis manibus restituerunt. Sed et Ebo Remorum pridem archiepiscopus qui eiusdem factionis uelut signifer fuerat contenso eminentiori loco in eadem ecclesia coram omnibus libera uoce professus est eundem augustum iniuste depositum et omnia que aduersus eum patrata fuerant iniqua et contra totius tramitem ęquitatis fuisse machinata et tunc merito iuste digneque proprio imperii solio reformatum. Quibus sollempniter transactis ad sepe dictum palatium regressi sunt. Ibique Ebo in plenaria sinodo capitale crimen confessus seque tanto episcopali ministerio indignum proclamans propriaque scriptione confirmans sese omnium consensu atque iudicio ab eodem ministerio reddidit alienum. His et aliis regni utilitatibus iure dispositis omnibusque ad propria absolutis ipse imperator sanctum quadragesime tempus in eodem palatio sacrosanctam pasce festiuitatem in sepe predicta urbe apud memoratum Drogonem archiepiscopum celebrauit. Ac deinde ad placitum suum generale quod in Stremiaco prope Lugdunum ciuitatem se habiturum indixerat profectus est. Quo in mense iunio habito et donis annualibus receptis dispo[…]sitisque markis Hispanię Septimanię siue […] prouintię ad Aquis grani reuersus est. Verum dum in eodem placito moratur Normanni secundam inruptionem Dorastadum irruentes uastauerunt atque hostiliter depraedati sunt. Imperator autem grauiter ferens Aquis perueniens disposita omnia maritima custodia Arduenna autumpnalem uenationem exercuit ac deinde Aquis grani adhiemandum rediit.

idē

Anno ab incarnatione domini DCCCXXXVI. Ubi natalis domini festiuitate celebrata missos iterum ad Hlotharium direxit monentes eum obedientię ac reuerentiae paternę pacisque illi concordiam multipliciter inculcantes. Ad quod manifestius agnoscendum iussum est ut suos quibus maxime fidebat legatos ad patrem dirigeret. Cum quibus tractari de sui honore atque salute posset et qui paternam erga illum uoluntatem audire fideliterque sibi nuntiare ualerent. Qui patris iussionibus non usquequaque refragans mense maio in uilla Theodonis ad imperatoris presentiam direxit Walonem abbatem cum quibus de aduentu eius tractatum est ac nostra ex parte firmatum ut incolumis una cum suis ad patris uenire presentiam et deinceps redire potuisset. Sed et a suis similiter sacramento promissum est eum ad genitoris sui presentiam statuto placito absque dilatione uenturum. Quibus absolutis ipsa circa Rumerici montem diebus aliquantis uenatione patrata tandem mense septembri ad indictum placitum Uuormatiam uenit. In quo cum

iuramento perstrinxit, ne talia facere, aut alicui sentire in postmodum tam ipse, quam sui deberent. Quibus confirmatis eum in italia regredi fecit cum his qui eum sequi maluerunt.

Ipse uero circa aurelianis perueniens pippino, et hluduuuico, cunctoque exercitui redeundi licen tiam tribuit, et per parisius ad attiniacum ueni ens ibi placitum cum suis consiliariis circa missam sancti martini habuit, ibique negotiis regni dispo sitis ad theodonis uillam ad hiemandum profectus est;

Anno ab incarnatione domini d. ccc xxx v. dominicę natiuitatis festum hilariter a drogone fratre suo, et metensis urbis episcopo decentesime susceptus, in eadem ciuitate celebrauit. Ibique peractis festis diebus ad suum palatium in theodonis uillam reuersus est. In quo etiam circa sanctę mariae purificationem conuentum generalem habuit omnium pene imperii sui episcorum et abbatvm tam canonicorum, quam regularium. In quo inter cętera ęcclesiasticę instituta disciplinę summopere uentilatum est, quod annis prioribus idem imperator religiosissimus maliuolorum, deoque aduersan tium tergi uersatione immerito dispositus paterno hereditarioque regno et honore, et regio nomine fuerat. Tandemque ab omnibus concorditer atque unanimiter inuentum atque firmatum, ut illorum factionibus diuino auxilio cassatis ipse auito restitutus honori, decorique merito regio reformatus, deinceps fidelissima firmissimaque obedientia et subiectione imperator et domnus ab omnibus haberetur. Quam inuentionis suęque confirmationis seriem et unusquisque proprio scripto comp̄hendit, proprięque manus scriptione roborauit. Et plenius, atque copiosius communi cunctorum descriptione in unum corpus in modum libelli comp̄hensa totius rei patratio qualiter acta, uentilata, inuenta, et omnium subscriptio ne denuo, digneque fuerit roborata, deuotissima sincerissimaque beniuolentia, et tantis patribus auctoritate dignissima cunctorum notitię manifes tissimum facere non distulert̄. Nam uenientes in memoratam urbem in basilica beati stephani protomartyris, missarumque celebratione peracta, et uniuersis, qui aderant rei ordine puplice ~~peracto~~ patefacto, coronam insigne imperii a sacrosancto altario sub leuatam, sacri, ac reuerendi antistitis eius capiti cum maximo omnium gaudio propriis manibus restituerunt. Sed et ebore morum pridem archiepiscopus, qui eiusdem factionis uelut signifer fuerat, contenso eminentiori loco, in eadem ęcclesia coram omnibus libera uoce professus est eundem augustum iniuste depositum et omnia quę aduersus eum patrata fuerant inique et contra totius tramitem ęquitatis fuisse machinata, et tunc merito iuste, digneque proprio imperii solio reformatum. Quibus solempniter transactis, ad sepe dictum palatium regressi sunt Ibique ebo in plenaria sinodo capitale crimen confessus, seque tanto * episcopali ministerio * idest indignum proclamans, propriaque scriptione confir mans, sese omnium consensu atque iudicio ab eode ministerio reddidit alienum. His et aliis regni utilitatibus iure dispositis, omnibusque ad propria absolutis ipse imperator sanctum quadrage simę tempus in eodem palatio sacrosanctam pascę festiuitatem in sepe p̄dicta urbe apud memoratvm drogonem archiepiscopum celebrauit, ac deinde ad placitum suum generale, quod in stremiaco prope lugdunum ciuitatem se habiturum indixerat profectus est. Quo in mense iunio habito, et donis annualibus receptis, disposttisque markis, hispanię, septimanię, siue prouintię ad aquis grani reuersus est. Uerum dum in eodem placito moratur normanni secunda inruptione dorastidvm irruentes uastauert̄ atque hostiliter dep̄cati sunt Imperator autem grauiter ferens aquis perueniens disposita omnia maritima custodia arduenna autumpnalem uenationem exercuit, ac deinde aquis grani ad hiemandum rediit

Anno ab incarnatione domini d. ccc xxx vi. Ubi natalis domini festiuitate celebrata missos iterum ad hlotharium direxit, monentes eum obedientię, ac reuerentiæ paternę, pacisque, illi concordiam multipliciter inculcantes. Ad quod manifestius agnoscendvm iussum est, ut suos quibus maxime fidebat legatos, ad patrem dirigeret. Cum tribus trac tari de sui honore, atque salute posset, et qui paternam erga illum uoluntatem audire, fide literque sibi nuntiare ualerent. Qui patris iussionibus non usquequaque refragans mense maio in uilla theodonis ad imperatoris p̄sentiam direxit, Uuaalonem abbatem cum quibus de aduentv eius tractatum est, ac nostra ex parte firmatum, ut incolumis una cum suis ad patris uenire prę sentiam, et deinceps redire potuisset. Sed et a suis similiter sacramento promissum est, eum ad genitoris sui p̄sentiam statuto placito absque dila tione uenturum. Quibus absolutis ipsa circa rumerici montem diebus aliquot uenatione patrata, tandem mense septembri ad indictum placitum uuormatiam uenit. In quo cum

cum dona annualia more solito reciperet
ac hlotharium operiretur, nuntiatus est
febri correptus nullatenus advenire posse.
Ad quem directis denuo hugone abbate
et adalgario comite de infirmitate ac
recuperatione eius et voluntate in posterum
veniendi quesitum est. Nec non de resti
tutione rerum ecclesiarum dei in francia consti
tutas, que in italia site a suis per libitum fue
rant usurpate. Verum et de episcopis atque
comitibus qui dudum cum augusta fideli
devotione de italia venerant, ut eis
proprie sedes redderentur. Ad haec hlo
tharius per missos suos oppositis quibusdam
conditionibus non in omnibus se assentiri
posse mandavit. Eodem tempore nordmanni
dorestadum et frisiam rursum depopulati
sunt. Sed et horich rex danorum per legatos suos
in eodem placito amicitie atque obedientiae
conditiones mandans se nullatenus eorum
importunitatibus adsensum praebuisse
testatus. De suorum ad imperatorem mis
sorum interfectione conquestus est, qui dudum
circa coloniam agrippinam quorundam
presumptione necati fuerant. quorum necem
etiam imperator missis ad hoc solum legatis
iustissime ultus est. Peracta autumpnali
venatione in franconofurd palatio ad
aquis grani reversus est. Ubi etiam missi
eiusdem horich venerunt, querentes summam
eorum quos ipse captos ex his interfecerat
qui in nostros fines talia iam dudum moliti
sunt. Asenarius quoque citerioris wasco
nie comes qui ante aliquot annos a
pippino desciverat horribili morte
interiit. Fraterque illius sanciosanci eandem
regionem negante pippino occupavit.
Tunc enim walo abba cuius consiliis hlotha
rius plurimum utebatur in italia obiit.

Anno ab incarnatione
Domini DCCCXXXVII. Interea autem
post natalitie celebritatis sollempnia
purificatione beate semper virginis marie
episcoporum conventum in aquis habuit in quo
sancte dei ecclesie plurimum tractatum est. Et quid
cuique venerabilium episcoporum conventu ad
pippinum directum est, in qua eum salutis
sue magnopere monuerunt. Et insuper
ut memor moris progenitorum suorum ac pre
cipue piissime genitoris sui res ecclesiarum
dei pridem a suis invasas atque direptas
integritati earum restitueret, ne tali etiam
occasione divinam contra se iracundiam arden
tius incitaret. Qui tantorum patrum adsensus
consilio cuncta restituit, ac singulis ecclesiis
eisdem rescriptionibus anulo suo roboratis propriae
designavit. Igitur imperator disposita maritima
custodia mense maio ad theodonis villam veni
ens et dona annualia recipiens, iter suum
romam defensionis sancte romane ecclesiae atque
orationis gratia indixit. directis interim ad
hlotharium legatis monentibus ut eum paterna
reverentia susciperet atque itineris apparatum
decentem oportuneque procuraret. Ea tempestate
nordmanni irruptione solita frisiam irruentes
in insula que walacra dicitur nostros impatos
adgressi multos trucidaverunt, plures depraedati
sunt. Et aliquandiu inibi commorantes
censu prout libuit exacto, ad dorastadum eadem
furia pervenerunt, tributa similiter exegerunt.
Quibus imperator auditis, pretermisso memorato
itinere ad noviomagum castrum vicinum
dorestado properare non distulit. Cuius adventu
nordmanni audito continuo recesserunt.
Imperator vero generali conventu habito
puplice cum his questionem habuit, quos princi
pes ad eandem custodiam delegaverat. Qua
discussione patuit partim impossibilitate,
partim quorundam inobedientia eos inimicis
non potuisse resistere. Unde et ad compri
mendam frisionum inobedientiam strenui
abbates ac comites directi sunt. Verum
deinceps illorum incursionibus facilius obsisti
queat classis quaqua versum diligentius
parari iussa est. Hlotharius autem clusas in
alpibus muris firmissimis arceri precepit.
Et lantbertus fautorum hlotharii maximus et
hugo socer illius defunctus est. Interea brittones
quadam insolentia moti rebellari conati sunt.
Quorum motus imperator directa expeditione cito
compressit, redditaque nostris terra et datis obsidibus
fideles sese polliciti sunt permansuros. Post
haec adveniente atque annuente hludowico
et pippini missis omnique populo qui presentis in aquis
palatio adesse iussi fuerant, dedit filio suo
karolo maximam belgarum partem, idem a mari
per fines saxonie usque ad fines ribuariorum totam
frisiam, et per fines ribuariorum comitatus moilla
et hattuarias, mosagao. Deinde vero
quicquid inter mosam et sequanam usque ad
burgundiam una cum viridunense consistit,
et de burgundia tulensem, odornensem,
bedensem, blesinsem, pertinsem, utrosque barnenses,
brionensem, tricassinum, altiodrensem

cum dona annualia more solito reciperet ac hlotharium operiretur, nuntiatus est febri correptus nullatenus aduenire posse Ad quem directis denuo hugone abbate et adalgario comite de infirmitate, ac recuperatione eius et uoluntate in posterum ueniendi quaesitum est. Nec non de resti tutione rerum ecclesias dei in francia consti tutas, quę in italia sitę a suis pro libitu fue rant usurpatę. Uerum et de episcopis, atque comitibus qui dudum cum augusta fideli deuotione de italia uenerant, ut eis proprię sedes redderentur. Ad haec hlo tharius per missos suos oppositis quibusdam conditionibus non in omnibus se assentiri posse mandauit. Eodem tempore nordmanni derestadum, et frisiam rursum depopulati sunt. Sed et horich rex danorum per legatos suos in eodem placito amicitię, atque obedientiæ conditiones mandans se nullatenus eorum importunitatibus adsensum p̄buisse testatus. De suorum ad imperatorem mis sorem interfectione conquestus est, qui dudum circa coloniam agrippinam quorundam p̄sumptione necati fuerant, quorum necem etiam imperator missis ad hoc solum legatis iustissime ultus est. Peracta autumpnali uenatione in franconofurd palatio ad aquis grani reuersus est. Ubi etiam missi eiusdem horich, uenerunt, quęrentes summam eorum, quos ipse captos ex his interfecerat qui in nostros fines talia iam dudum moliti sunt. Asenarius quoque citerioris uuasco nię comes qui ante aliquot annos a pippino desciuerat horribili morte interiit. Fraterque illius sanciosanci eandem regionem negante pipipino occupauit. Tunc enim uualo abba cuius consiliis hlotha rivs plurimum utebatur, in italia obiit.

Anno ab incarnatione domini d ccc xxx vij. In tempore autem post natalitię celebritatis sollempnia purificatione beatę semper uirginis marię episcoporum conuentum in aquis habuit in quo sanctę dei ecclesiæ plurimum tractatum est, et quid cuique uenerabilium episcoporum conuentu ad pippinum directum est, in qua eum salutis suę magnopere monuerunt. Et insuper ut memor moris progenitorum suorum ac p̄ cipue piissime genitoris sui res ecclesiarvm dei pridem a suis inuasas atque direptas Integritati earum restitueret, ne tali etiam occasione diuinam contra se iracundiam arden tius incitaret. Qui tantorum patrum adsensus consilio cuncta restituit, ac singulis ęcclesiis eisdem rescriptionibus anulo suo roboratis proprie designauit. Igitur imperator disposita maritimaque custodia mense maio ad theodonis uillam ueni- ens, et dona annualia recipiens, iter suum romam defensionis sanctę romanę ęcclesiæ atque orationis gratia indixit, directis interim ad hlotharium legatis monentibus ut eum paterna reuerentia susciperet atque itineris apparatvm decenter, oportuneque procuraret. Ea tempestate nordmanni inruptione solita frisiam inruentes in insula, quę uualacra dicitur nostros imparatos adgressi, multos trucidauerunt, plures dep̄dati sunt. Et aliquandiu inibi commorantes censu prout libuit exacto, ad dorastadum eadem furia peruenerunt, tributa similiter exegerunt Quibus imperator auditis p̄termisso memorato itinere ad nouiomagum castrum uicinum dorestado properare non distulit. Cuius aduentv nordmanni audito continuo recesserunt. Imperator uero generali conuentu habito puplice cum his questionem habuit, quos princi pes ad eandem custodiam delegauerat. Qua discussione, patuit partim impossibilitate, partim quorundam inobedientiam eos inimicis non potuisse resistere. Unde et ad compri- mendam frisionum inobedientiam strenui abbates, ac comites directi sunt. Uerum deinceps illorum incursionibus facilius obsisti queat classis quaqua uersum diligentius parari iussa est. Hlotharius autem clusas in alpibus muris firmissimis arceri p̄cepit; Et lantbertus fautorum hlotharii maximus, et hugo socer illius defunctus est. Interea brittones quadam insolentia moti rebellari conati sunt Quorum motus imperator directa expeditione, cito comp̄ssit, redditaque nostris terra, et datis obsidibus fideles sese polliciti sunt, permansuros. Post haec adueniente atque annuente hluduuuico et pippini missis, omnique populo, qui p̄sentis in aquis palatio adesse iussi fuerant, dedit filio suo karolo maximam belgarum partem, id est a mari per fines saxonię usque ad fines ribuariorum totam frisiam, et per fines ribuariorum comitatus moilla et trahammolant, mosagao. Deinde uero quicquid inter mosam, et sequanam, usque ad burgundiam, una cum uiridunense consistit et de burgundia tulensem, odornensem bedemsembles insempertinsem, utrosque barnenses brionensem tricassinum altiodrensem

ex nithardo 308

senonicum · tinsem · uuastinensem · milidu
nensem · stampensem · castrinsem · parisiacu
& deinde p sequanum usq; in mare ocea
num · & p idem mare usq; ad frisiam ;
Omś uidelic& episcopatus · abbatias · comitat
fiscos · & omia intra p dictos fines consistentia
cu omib · ad se ptinentib · inquacuq; regione
consistunt . Sicq; iubente imperatore in sui
psentia epi · abbates · comites · & uassalli dominici
in memoratis locis beneficia habentes · Karolo
se commendauerunt · & fidelitate sacramto
firmauerunt

Anno ab incarnatione dni · dccc xxxviii.
Post haec pactis sacrae natiuitatis · appa
ritionis · atq; oblationis dnice sollemp
nitatib · inchoatisq; quadragesime ieiuniis ·
imperatori sermo innotuit · hludouuicum friś
hlotharii intra alpium septa colloquium ex
petisse · Quod quia se inscio · inconsultoq; pre
sumpserat · egre tulit · directisq; quam celerri
me quaqua uersum cursorib · generalit fideles
accessit · ppereq; undiq; adcurrentib · filiorū
suspectum · colloquium patefecit · & si ita ne
cessitas postul& adresistendu paratissimos mon&.
Quod hludouuic cognito octauarū scē pasce
ebdomada iubente patre aduenit · subtilitq;
discussus · tande sacramto cum sibi maxime
crudelis nihil fidelitati patris · atq; honori
ad usum illo colloquio meditatu firmauit.
Sicq; remisso ad ppa · ut mse maio imperatori
in nouiomago occurrer& · iniunctu · e. Nam
illo iuxta condictum imperator pgredi dispone
bat · quatenus sui psentia damnū · quod annis
preteritis pyratarū importunitate · nrorū q; de
sidia contigerat · uitaretur · habitoq; conuentu
fidelium copiosus circa maritima apparat
distribuit · e . Interq; danorū pyrate patria egressi
ortoq; subito maritimorū fluctuū turbine
uix paucis euadentib · submersi sunt . Hlodu
uuicus aute patris psentiæ scdm quod
iussum fuerat sese offerre · Non distulit .
habitaq; secus quam oportuerat conflictione
uerborū · quicquid ultra · citraq; rhenum
patri iuris usurpauerat recipiente patre
amisit · helisatiā uidelic& saxoniam · toringiā ·
austriam · atq; alemanniam · Interim saracenorū
pyratice classes massiliam puincie inruentes
abductis scīs monialib · quarū illic n modica
congregatio degebat · omib · & cunctis mascu
lini sexus clericis · ac laicis · uastataq; urbe
thesauros quoq; ecclarum xpi secum
unusalat asportarū · Igit imperator
adplacitū suum generale · sicut con
dixerat mediante augusto in carisiaco
puenit . Quo pippino patruis obsequiis
assistente · atq; fauente fri Karolo · Tunc
cingulo insignito pars niustrie adpsens
data · e . ducat uidelic& cenomannicus
omisq; occidua gallie ora intra legerim
& squanā constituta · Absolutoq; conuen
tu ipse orationis grā parisius scōrū q;
martyrum basilicas inuisere curauit.
Directoq; Karolo inpartes cinomannicas ·
ipse in uerno conpendio · cetisq; circum
iacentib · locis uenationi congruis statiua
habuit · atq; inuitante hugone fre · &
beati quintini martyris monasterii abbate
eiusde martyrii festiuitate honorifice
alacritq; celebrata attiniacum ueniens
Karolum redeunte suscepit . Ubi etiam
missi horich uenientes pyratarū in nros
fines dudu irruentiu maximos dse ob
imperatoris fidelitate captos · atq; in efici
iussos retulerunt · Petentes insup dari
sibi frisianos · atq; obodritos . Cui petitio
quando imperatori indecens siue incongrua
uisa · e . tanto iuluis spreta · & p nichilo
ducta · e . Uerum pdē imperatore in uno
uenatione exercentem adalgarius · &
egilo comes ad obodritos · & uultos a
fide deficientes dudum directi · reuersi
sunt · adductis secum obsidib · Imperatori
subditos deinceps fore nuntiantes · Im
perator uo ceptū pagens iter ad franconou
furd hiemandi grā pfectus · e . Eclyp
sin luna quinta decima medio noctis nonas
decebris passa · e . Pippinus filius imperatoris
rex aquitanie idus decembris pfect defunct
e . relictis duob . filiis pippino · & Karolo
Proficiscentur igitur imperatori · Nuntiatus · e
hludouuicus filius · ei franconofurd hostilib ·
uallamandu · uerum etia rheni fluminis
moliri transitum inhibere · Quo imperator
nuntio haut medioc rit mot quaqua uisu
fideles arceri decernit · Et ipse ut ceperat
magontiam uenit

Eclipsis lune

Anno ab incarnatione dni · dccc xxxviiii.
Celebratis natiuitatis · atq; apparitionis dni c
festiuitatib · emensis · Directis cre
berrime fidelib · adpacis concordia
hludouuicum hortatus · e . sed nequaq
ualuit reuocare . Quin insup consis

senonicum, tinsem, uuastinensem, milidunensem, stampensem, castrinsem, parisiacvm et deinde per sequanum usque in mare oceanum, et per idem mare usque ad frisiam; Omnes uidelicet episcopatus, abbatias, comitatus fiscos, et omnia intra p̄dictos fines consistentia cum omnibus ad se pertinentibus, in quacumque regione consistunt. Sicque iubente imperatore in sui p̄sentia episcopi, abbates, comites, et uassalli dominici immemoratis locis beneficia habentes, karolo se commendauerunt, et fidelitatem sacramento firmauerunt

Anno ab incarnatione domini d ccc xxx uiij.

Post haec peractis sacrae nauitatis, apparitionis, atque oblationis dominicę solempnitatibus, inchoatisque quadragesimę ieiuniis, imperatori sermo innotuit, hloduuuicum fratris hlotharii intra alpium septa colloquium expetisse. Quod quia se inscio, inconsultoque pręsumpserat, egre tulit, directisque quam celerrime quaqua uersum cursoribus, generaliter fideles accessit, propereque undique adcurrentibus filiorum suspectum, colloquium patefecit, et si ita necessitas postulet ad resistendum paratissimos monet Quod hloduuuicus cognito octauarum sanctę pascę ebdomada iubente patre aduenit, subtiliterque discussus, tandem sacramento cum sibi maxime crudelis nihil fidelitati patris, atque honori aduersum illo colloquio meditatum firmauit. Sicque remisso ad propria, ut mense maio imperatori in nouiomago occurreret, iniunctum est. Nam illo iuxta condictum imperator progredi disponebat, quatenus sui p̄sentia damnum, quod annis p̄teritis pyratarum importunitate, nostrorumque desidia contigerat, uitaretur. Habitoque conuentu fidelium copiosus circa maritima apparatus distributus est. Interque danorum pyratę patria egressi ortoque subito maritimorum fluctuum turbine uix paucis euadentibus submersi sunt. Hloduuuicus autem patris p̄sentiæ secundum quod iussum fuerat sese offerre. Non distulit, habitaque secus quam oportuerat conflictione uerborum, quicquid ultra, citraque rhenum paterni iuris usurpauerat recipiente patre amisit, helisitatiam uidelicet saxoniam, toringiam, austriam, atque alemanniam. Interim saracenorum pyraticę classes massiliam prouintię inruentes abductis sanctis monialibus, quarum illic non modica congregatio degebat, omnibus et cunctis mascvlini sexus clericis, ac laicis, uastataque urbe thesauros quoque ęcclesiarum christi secum uniuersaliter asportarum. Igitur imperator ad placitum suum generale, sicut condixerat mediante augusto in carisiaco peruenit. Quo pippino paternis obsequiis assistente, atque fauente fratri karolo. Tunc cingulo insignito pars niustrię ad p̄sens data est, ducatus uidelicet cenomannicus omnisque occidua gallię ora intra legerim et sequanam constituta. Absolutoque conuentu ipse orationis gratia parisius sanctorumque martyrum basilicas inuisere curauit. Directoque karolo in partes cinomannicas, ipse in uerno conpendio, ceterisque circum iacentibus locis uenationi congruis statiua habuit, atque inuitante hugone fratre, et beati quintini martyris monasterii abbate eiusdem martyrii festiuitate honorifice alacriterque celebrita attiniacum perueniens karolum redeuntem suscepit. Ubi etiam missi horich uenientes pyratarum in nostros fines dudum irruentium maximos a se ob imperatoris fidelitatem captos, atque interfici iussos retulerunt. Petentes insuper dari sibi frisianos, atque obodritos. Cuius petitio quand^{t}o imperatori indecens siue incongrua uisa est tanto uilius spreta, et pro nichilo ducta est. Uerum pridem imperatore in uerno uenationem exercentem adalgarius, et egilo comes ad obodritos, et uulzos a fide deficientes dudum directi, reuersi sunt, adductis secum obsidibus Imperatori subditos deinceps fore nuntiantes. Imperator uero ceptum peragens iter ad franconofurd hiemandi gratia profectus est; Eclypsin luna quinta decima medio noctis nonas decembris passa est. Pippinus filius imperatoris rex aquitanię idus decembris ~~profectus~~ defunctus est relictis duobus filiis pippino, et karolo Proficiscentur igitur imperatori. Nuntiatus est hloduuuicus filius, eius franconofurd hostilibus uallamandum, uerum etiam rheni fluminis moliri transitum inhibere. Quo imperator nuntio haut mediocriter motus quaqua uersum fideles arceri decernit. At ipse ut ceperat magontiam peruenit

Eclipsis lune

Anno ab incarnatione Domini d ccc xxx viiij.

Ubi natiuitatis, atque apparationis domini cę festiuitatibus emensis. Directis creberrime fidelibus ad pacis concordiam hloduuuicum hortatus est sed nequaquam ualuit reuocare. Quin insuper consis-

tenti magon tie imperatori ipse ex adverso
in castella ultra rhenum posita pertinaciter
atque hostiliter immorans transitu fluminis
cohibebat. Imperator autem sanguinem communis
populi fundi admodum metuens ad loca alia trans
positioni oportuna divertere nullatenus
dedignatus est. In quibus omnibus econtra ripis
insistentem. et transfretare conantibus obsisten-
tem filium conatur. Erat que videre miseriam est spectare
hac pio patre. illic impio filio digredientibus.
Qua necessitate imperator compulsus magon-
tiam repedat. fideliumque hinc inde properere
confluentium ob asperitatem hiemis incom
moditatem diutius non ferens tribus fere
infra memoratam urbem milibus rheno trans
posito saxones obvios suscipit. Hlodouuicus
vero comperiens patris eatenus sibi inopinato
transpositu deficientibus. quos ex austrasiis
thoringin. atque alemannis illexerat secumque
adduxerat. concitus aufugit. noreiamque.
que baioaria dicitur. regium videlicet
sibi olim a patre traditum revertitur. Imperator
paterne pietatis non immemor filium persequi
supersedit. receptisque qui ab illo ad imperatoris
clementiam fugerant. Ac sacramento firmatis
et insuper discordiarum incentoribus fautoribusque
pro merito criminum partim rebus. partim exilio
dampnatis franconofurd pervenit. Ubi aliquantis
diebus perendinans. marcas plerosque germanicos
disponere. sueque fidei artius subiugare non
distulit. ac deinde partes alamannie tempore
quadragesime ad villam regiam. que bodoma
dicitur properavit. Interea lacrimabile nimiumque
cunctis catholice ecclesie filiis ingemiscendum
fama perferente innotuit. bodonem diaconum
alamannica gente progenitum. et ab ipsis
pene cunabulis in christiana religione palatinis
eruditionibus. divinis humanisque litteris aliqua-
tinus imbutum. qui anno precedente romam
orationis gratia properandi licentiam ab
augustis poposcerat. multisque donariis mune-
ratus impetraverat. humani generis
hoste pellectum relicta christianitate ad
iudaismum sese converterit. et primum quidem
consilio perditionis. atque perditionis sue cum
iudeis inito. quos secum adduxerat paganis
vendendos callide machinari non timuit.
Quibus distractis uno tantummodo secum. qui
nepos eius ferebatur retendo. abnegata. quod
lacrimabiliter dicimus christi fide sese iudeum
professus est. sicque circumcisus capillisque ac barba

crescentibus. et mutato. potiusque usurpato eleazari
nomine accinctus etiam cingulo militari.
Cuiusdam iudei filiam sibi in matrimonium
copulavit. Coacto memorato nepote suo
similiter ad iudaismum translato tandemque cum
iudeis miserrima cupiditate devictus cesar augustam
urbem hispanie mediante augusto mense in-
gressus est. Quod quantum augustis. cunctisque
christiane fidei gratia redemptis luctuosum exti-
terit. difficultas. qua imperatori id facile credendum
persuaderi non potuit. patenter omnibus indicavit.
Preterea die septimo kalendas ianuarii die
videlicet passionis beati stephani protomartyris
tanta inundatio contra morem maritimorum estuum
per totam pene frisiam occupavit. ut aggeribus
arenarum illic copiosis. quos dunos vocant. fere
coequaretur. et omnia quecumque involverat tam
homines. quam animalia ceteraque. et domos absumpserit.
Quorum numerus diligentissime comprehensus ad
duorum milium quadringentorum triginta septem
computatus est. Acies quoque in celo igneas. colorumque. acies igneas in celo.
aliorum mensis februarii. sed et stellas igneos
crines emittentes crebro videri contigit.
Verum post sanctum pascha imperatori in francia
repedanti. rex anglorum legatos misit. postulans
per franciam pergendi romam orationis gratia transi-
tum sibi ab imperatore tribui. movens etiam
curam subiectorum sibi erga animarum salutem
sollicitius impendendam. quoniam visio cuidam
apud illos ostensa non minimum animos eorum
terruerat. cuius seriem visionis imperatori mittere
studuit habentem hunc modum; Visio cuidam Visio
religiosi presbiteri de terra anglorum. que post
natalem domini ei rapto a corpore ostensa est.
Quadam nocte cum idem religiosus presbiter
dormiret. quidam homo ad eum venit precipiens
illi. ut eum sequeretur. Tum ille surgens.
secutus est eum. Ductor vero illius duxit eum
ad terram sibi ignotam. ubi varia. et mira edifi
cia constructa vidit. Inter que ecclesia facta erat
in quam ille. et ductor eius introivit. ibidemque.
plurimos pueros legentes vidit. Cumque ductorem
suum interrogaret. an inquirere auderet.
quidnam pueri essent. respondit ei. Interroga
quod vis. et libenter tibi indicabo. Et cum ad
illos appropinquaret. ut videret. quod legerent
perspexit libros eorum. non solum nigris litteris
verum etiam sanguineis esse descriptos
Ita videlicet. ut una linea nigris esset litteris
descripta. et altera sanguineis. Cumque
interrogasset. cur libri illi sanguineis lineis.

tenti magontię imperatori ipse ex aduerse in castella ultra rhenum posita pertinaciter atque hostiliter immorans transitu fluminis cohibebat. Imperator autem sanguinem communis populi fundi admodum metuens ad loca alia trans positioni oportuna diuertere nullatenus dedignatus est. In quibus omnibus econtra ripis insistentem, et transfretare conantibus obsistentem filium ~~conatus~~. Eratque uidere miseriam hac pio patre, illac impio filio digredientibus. Qua necessitate imperator compulsus magontiam repaedat, fideliumque hinc inde propere confluentium ob asperitatem hiemis incommoditatem diutius non ferens tribus fere infra memoratam urbem milibus rheno trans posito saxones obuios suscipit. Hloduuuicus uero compertis patris eatenus sibi inopinato transpositu deficientibus quos ex haustrasiis thoringin, atque alemanniis illexerat secumque adduxerat, concitus aufugit, noreiamque quę baioaria dicitur, regium uidelicet sibi olim a patre traditum reuertitur. Imperator paternę pietatis non immemor filium persequi supersedit, receptisque qui ab illo ad imperatoris clementiam fugerant. Ac sacramento firmatis et insuper discordiarum incentoribus fautoribusque pro merito criminum partim rebus partim exilio dampnatis franconofurd peruenit. Ubi aliquot diebus perendinens, marcas populosque germanicos disponere, suęque fidei artius subiugare non distulit, ac deinde partes alemannię tempore quadragesimę ad uillam regiam, quę bodoma dicitur properauit. Interea lacrimabile, nimiumque cunctis catholicę ęcclesię filiis ingemiscendum fama perferente innotuit, bodonem diaconum alamannica gente progenitum, et ab ipsis pene cunabulis in christiana religione palatinis eruditionibus diuinis humanisque litteris aliquatinus imbutum, qui anno p̄cedente romam orationis gratia properandi licentiam ab augustis poposcerat, multisque donariis muneratus impetrauerat, humani generis hoste pellectum relicta christianitate ad iudaismum sese conuerterit, et primum quidem consilio proditionis, atque perditionis suę cum iudeis inito, quos secum adduxerat paganis uendendos callide machinari non timuit; Quibus distractis uno tantummodo secum, qui nepos eius ferebatur retendo, abnegata, quod lacrimabiliter dicimus christi fide sese iudeum professus est, sicque circumcisus capillisque ac barba

conspicatus

crescentibus, et mutato, potiusque usurpato eleazari nomine accinctus etiam cingulo militari. Cuiusdam eudei filiam sibi in matrimonium copulauit. Coacto memorato nepote suo similiter ad iudaismum translato tandemque cum iudeis miserrima cupiditate deuinctus cesar augustam urbem hispanię mediante augusto mense ingressus est. Quod quantum augustis, cunctisque christianę fidei gratia redemptis luctuosum exti terit, difficultas, qua imperatori id facile credendvm persuaderi non potuit, patenter omnibus indicauit Preterea die septimo kalendas ianuarii die uidelicet passionis beati stephani protomartyris tanta inundatio contra morem maritimorum ęstiuum per totam pene frisiam occupauit, ut aggeribus arenarum illic copiosis, quos dunos uocant, fere coequaretur, et omnia quęcumque inuoluerat tam homines, quam animalia cętera, et domos assumpserit Quorum numerus diligentissime comp̄hensus; ad duorum milium quadringentorum triginta septem computatus est. Acies quoque in cęlo igneas, colorumque aliorum mensis februarii, sed et stellas igneos crines emittentes crebro uideri contigit

acies ignes in celo.

Uerum post sanctum pasca imperatori in francia repedanti, rex anglorum legatos misit, postulans per franciam pergendi romam orationis gratia transitum sibi ab imperatore tribui, mouens etiam curam subiectorum sibi erga animarum salutem sollicitius impendendam, quoniam uisio cuidam apud illos ostensa non minimum animos eorum terruerat; cuius seriem uisionis imperatori mittere studuit habentem hunc modum; Uisio cuiusdam religiosi presbiteri de terra anglorum, quę post natalem domini ei rapto a corpore ostensa est Quadam nocte cum idem religiosus presbiter dormiret, quidam homo ad eum uenit p̄cipiens illi, ut eum sequeretur. Tum ille surgens, secutus est eum. Ductor uero illius duxit eum ad terram sibi ignotam, ubi uaria, et mira edificia constructa uidit. Inter quę ęcclesia facta erat in quam ille, et ductor eius introiuit, ibidemque plurimos pueros legentes uidit. Cumque ductorem suum interrogaret, an inquirere auderet, quidnam pueri essent, respondit ei. Interroga quod uis, et libenter tibi indicabo. Et cum ad illos appropinquaret, ut uideret, quod legerent perspexit libros eorum, non solum nigris litteris uerum etiam sanguineis esse descriptos Ita uidelicet, ut una linea nigris esset litteris descripta, et altera sanguineis. Cumque interrogassem, cur libri illi sanguineis lineis,

uisio

descripti essent. respondit ductor meus. Lineę sanguineę quas in istis libris conspicis diuersa hominum christianorum peccata sunt. quia ea quę in libris diuinis illis precepta sunt minime facere et adimplere uolunt. Pueri uero isti qui hic quasi legendo discurrunt animę sunt sanctorum quę cotidie pro christianorum peccatis et facinoribus deplorant et pro illis intercedunt ut tandem aliquando ad poenitentiam conuertantur. Et nisi animę sanctorum tam incessanter cum fletu ad dominum clamarent. iam aliquatinus finis tantorum malorum in christiano populo esset. Recordaris quia anno presenti fruge non solum in terra. uerum etiam in arboribus et uitibus abundanter ostensa sunt. sed propter peccata hominum maxima pars illarum periit. quę ad usum atque utilitatem humanam non peruenit. Quod si cito homines christiani de uariis uiciis et facinoribus eorum non egerint poenitentiam et diem dominicum melius et honorabilius non obseruauerint. cito super eos maximum et intolerabile periculum ueniet. uidelicet tribus diebus et tribus noctibus super terram illorum nebula spissima expandetur. et statim homines pagani cum immensa multitudine nauium super illos uenient igni ferroque deuastabunt. Sed tamen si adhuc ueram poenitentiam agere uolunt et peccata illorum iuxta preceptum domini in ieiunio et oratione atque elemosinis emendare studuerint. tunc has poenas et pericula per intercessionem sanctorum euadere poterunt. Uenerunt etiam legati grecorum e theophilo imperatore directi theodosius uidelicet calcedonensis metropolitanus episcopus et theophanius spatarius ferentes cum donis imperatori dignis epistolas. Quos imperator quinto decimo kalendas iunii in ingulenheim honorifice suscepit. quorum legatio super confirmatione pacti et pacis. atque perpetuę inter utrumque imperatorem eique subditos amicitię et caritatis agebatur. nec non de uictoriis. quas aduersus exteras bellando gentes celitus fuerat assecutus gratificatio et in domino exultatio ferebatur. in quibus imperatorem sibique subditos amicabiliter datori uictoriarum omnium gratias referre poposcit. Misit etiam cum eis quosdam qui se id est gentem suam rhos uocari dicebant. quos rex illorum cachanus uocabulo ad se amicitię sicut asserebant causa direxerat. Petens per memoratam epistolam. quatinus benigne imperatoris redeundi facultatem atque auxilium per imperium suum toto habere possent. quoniam itenera per quę ad illum constantinopolim uenerant. Inter barbaras et nimię feritatis gentes immanissimas habuerant. quibus eos ne forte periculum inciderent redire noluit. Quorum aduentus causam imperator diligentius inuestigans. comperit eos gentis esse sueonum. Exploratores potius regni illius nostrique quam amicitię petitores ratus. Penes se eousque retinendo iudicauit quoad ueraciter inuenire posset utrum fideliter eo nec ne peruenerint. idque theophilo per memoratos legatos suos atque epistolam intimare non distulit. Et quod eos illius amore libenter susceperit. ac si fideles inuenirentur. et facultas absque illorum periculo in patriam remeandi daretur. cum auxilio remittendos. Sin alias una cum missis nostris ad eius presentiam dirigendos ut quid de talibus fieri deberet ipse decernendo efficeret. Quibus pactis imperator urbem uuangionum iuxta condictum tertio kalendas iunii peruenit. Ubi susceptis quibusdam quos adhuc specialiter prosperare asserat fidelibus. hlotharium filium suum ab italia uenientem paterno suscipere affectu minime renuit. Quo palam omnibus ad genitoris uestigia suppliciter procidente et pro excessu ueniam humiliter postulante. Imperator misericordia qua incorporaliter semper uiguit flexus quicquid in eum precedentibus annis ipse suique deliquerant. paterna benignitate concessit. Ita tamen si deinceps nihil aduersus eum prauis machinationibus molirentur. Suorum quoque complures non solum pro proprietatibus. uerum etiam beneficiariis donauit honoribus. Immoque descriptione regni sui equalibus pene partibus discreta. optionem illi quam earum mallet offerre non dedignatus est. Quarum altera regnum italię partemque burgundię. id est uallem ~~augustana comitatum uallisiorum~~. Comitatum uualdensem usque mare rhodani. ac inde orientalem atque aquilonem rodani partem usque ad comitatum lugdunensem. Comitatum sucdingum. Comitatum uuirascorum. Comitatum portisiorum. Comitatum suentisiorum. Comitatum calmontensium. Ducatum mosellicorum. Comitatum arduennensium. Comitatum condorusto inde per cursum mose usque in mare. Ducatum ribuariorum. uuormatfelda. sperohgouui. Ducatum elisatię. Ducatum alamannię et curiam. Ducatum toringię cum marchis suis.

descripti essent, respondit ductor meus. Lineę sanguineę, quas in istis libris conspicis diuersa hominum christianorum peccata sunt, quia ea quę in libris diuinis illis p̄cepta sunt, minime facere et adimplere uolunt. Pueri uero isti, qui hic quasi legendo discurrunt, animę sunt sanctorum, quę cotidie pro christianorum peccatis, et facino ribus deplorant, et pro illis intercedunt, ut tandem aliquando ad poenitentiam conuertantur. Et nisi animę sanctorum tam incessanter cum fletu ad deum clamarent, iam aliquatinus finis tantorum malorum in christia populo esset. Recordaris, quia anno p̄senti fruge non solum in terra, uerum etiam in arboribus, et uitibus abundanter ostensa sunt, sed propter peccata hominum maxima pars illarum periit, quę ad usum, atque utilitatem humanam non peruenit. Quod si cito homines christiani de uariis uiciis, et facinoribus eorum non egerint poenitentiam, et diem dominicum melius, et hono rabilius non obseruauerint, cito super eos maximum, et intolerabile periculum ueniet uidelicet tribus diebus, et tribus noctibus super terram
densissima
illorum nebula spissima expandetur, et statim homines pagani cum immensa multitudine nauium super illos ~~detur~~ uenient, igni, ferroque deuastabunt. Sed tamen, si adhuc ueram poeni tentiam agere nolunt, et peccata illorum iuxta p̄ceptum domini in ieiunio, et oratione, atque elemosinis emendare studuerint, tunc has poenas, et pericula per intercessionem sanctorum euadere poterunt. Uenerunt etiam legati graecorum e thiophilo imperatore directi theodosius uidelicet calcedonensis metropolitanus episcopus et theophanius spatarius ferentes cum donis imperatori dignis epistolas. Quos imperator quinto decimo kalendas iunii in ingulenheim honorifice suscepit, quorum legatio super confir- matione pacti, et pacis, atque perpetuę inter utrumque imperatorem eisque subditos amicitię, et caritatis agebat, nec non de uictoriis, quas aduersus exteras bellando gentes cęlitus fuerat assecutus gratificatio, et in domino exultatio ferebatur in quibus imperatorem, sibique subditos amicabiliter datori uictoriarum omnium gratias referre po- poscit. Misit etiam cum eis quosdam qui se idem gentem suam rhos uocari dicebant, quos rex illorum cachanius uocabulo, ad se amicitię sicut asserebant, causa direxerat. Petens per me- moratam epistolam, quatinus benigne imperatoris redeundi facultatem, atque auxilium per im perium suum toto habere possent, quoniam

itinera per quę ad illum constantinopolim uenerant. Inter barbaras, et nimię feritatis gentes immanissimas habuerant, quibus eos ne forte periculum inciderent, redire noluit. Quorum aduentus causam imperator diligentius inuestigans, comperit eos gentis esse sueonum. Exploratores potius regni illius, nostrique quam amicitię petitores ratus. Penes se eo usque retinendo iudicauit quoad ueraciter inueniri posset, utrum fideliter eo, nec ne peruenerint, idque theophilo per memoratos legatos suos, atque epistolam intimare non distulit. Et quod eos illius amore libenter susceperit, ac si fideles inuenirentur, et facultas absque illorum periculo in patriam remeandi daretur, cum auxilio remittendos. Sin alias una cum missis nostris ad eius p̄sentiam dirigendos ut quid de talibus fieri deberet, ipse decernen do efficeret. Quibus peractis imperator urbem uuangionum iuxta condictum tertio kalen das iunii peruenit. Ubi susceptis quibusdam quos adhuc specialiter prosperare iusserat fidelibus, hlotharium filium suum ab italia uenientem, paterno suscipere affectu minime rennuit. Quo palam omnibus ad genitoris uestigia suppliciter procidente, et praeteritorum excessvm ueniam humiliter postulante. Imperator misericordia qua incorporaliter semper uiguit flessus, quicquid in eum p̄cedentibus annis ipse suique delique rant, paterna benignitate concessit. Ita tamen, si deinceps nihil aduersus evm prauis machinationibus molirentur. Suorum quoque complures non solum proprietatibus uerum etiam beneficiariis donauit honoribus, Immoque descriptione regni sui ęqualibus pene partibus discreta, optionem illi, quam earum mallet offerre, non dedignatus est. Quarum altera regnum italię, partemque burgundię, idem uallem ~~augustanam~~ comitatvm ~~uallisiorum~~, comitatum uualdensem, usque mare rhodani, ac inde orientalem, atque aquilonem rodani partem, usque ad comitatvm lugdunensem, comitatum suc dingium, comitatum uuirascorum, comitatum portisiorum comitatum suentisiorum, comitatum calmon tensium, Ducatum mosellicorum, comitatvm arduennensium, comitatum condorusto inde per curssum mosę usque in mare, Ducatvm ribuariorum uuormat felda sperohgouuui Ducatum elisatię, Ducatum alamanniæ curiam, Ducatum toringię cvm archis suis;

Ducatum frisiae usque mosam. Ducatum hamarlant. Comitatum batauorum. Comitatum tetrabenticum dorastado. Alteram partem burgundiae. idem comitatum ganauensem. Comitatum lugdunensem. Comitatum cauellonensem. Comitatum amaus. Comitatum hatoariorum. Comitatum lingonicum. Comitatum tullensium. Et sic per decursum mosae usque in mare. et inter mosam. et sequanam. et inter sequanam et ligerim cum marca brittannica. Aquitaniam et uuasconiam cum marcis ad se pertinentibus. Septimaniam cum marchis suis. et prouintiam habuit. Quo superiorem potius eligente Imperator karolo filio suo inferiorem contulit. Ea conditione. ut uiuenti fideliter obsequentes eo decente memoratis portionibus potirentur. Sacramentis quoque multifariam a hlothario susceptis. eum in italiam redire permisit;

Imperator autem indicto generali placito kalendas septembribus erga cauallonem legatos ad hludouuicum direxit. praecipiens ut fines baioariae nullatenus egredi nisi sese iubente praesumeret. idque sacramento firmari iuberet. Sin alias circa initia septembris ad augustburg hostiliter sibi occursurum minime dubitaret. Descriptis itaque atque destinatis. qui secum baioariam si necessitas compelleret. quique cum filio suo carulo cauallonem. contra motus aquitanicos quibus cum pippino pippini filio quidam aquitanorum nuper ab imperatore defecerant compescendos. etiam cum saxonibus. aduersus danorum. sclauorumque qui ferebantur incursus occurrerent. Ipse in crucimaco castro sese uenationibus alacriter exercendo. missorum in baioariam directorum statum operiri. Qui reuersi missis hludouuici ad imperatoris usque praesentiam comitantibus. nuntiauerunt patris eum iussionibus non admodum obuiasse sed ea se pariturum conditione spopondisse. si sacramenti firmitas. quam querebat ab imperatoris fidelibus sibi etiam fieret. Uerum quia tunc contigit defuisse primates. per quos eandem firmitatem fieri deposcebat illius fidei. Imperator atque supplicibus promissionibus potius committendum delegit;

Quousque a partibus aquitanicis adepta diuinitus uictoria rediens mandatis praestituerat benigne susciperet. secus uero moliente pluribus insequi non tardaret. Sed et ipse petente ne cessaret quibusdam propter motus illius nuper in sese patratos rerum proprietate multatis. ut sua cuique restituerentur. eo dumtaxat pacto. si fidem inuiolabiliter imperatori seruare studerent. et nullam penitus regni fidelium quoque sollicitatione quoquomodo aut tergiuersatione machinarentur. Directis interim adhoc specialiter missis. qui ab eis huiusmodi firmitatem sacramento susciperent. Dispositis quoque saxonum aduersus saraborum. et uultorum incursiones. qui nuper quasdam ipsius marchae saxoniae uillas incendio cremauerant. et austrasiorum. toringorumque. contra abodritorum. et qui dicuntur lino defectiones expeditionibus. ipse per arduennam uenatu sese delectabiliter exercens. ceteros totius regni sui fideles circa kalendas septembris ad cauallonem ut cum dixerat sibi obuiam adesse praecepit.

Quidam autem piratae in quandam frisiae partem irruentes non parum incommodi nostris finibus intulerunt. Direxit et oricus missos ad imperatorem quendam uidelicet cuius consiliis prae cunctis fidere et omnia agere uidebantur. et cum eo nepotem suum munera gentilia deferentes. pacis. amicitiaeque artius stabiliusque gratia confirmandae. Quibus hilariter susceptis. atque muneratis. quia propter quaedam incommoda super frisionibus querebantur duces strennui destinati sunt. qui per se constituto illis de omnibus iustitiam adimplerent. Imperator autem cauallone receptis fidelibus in aquitaniam exercitum omnem conuertit. Partitoque itinere ferme ab urbe aruernorum miliario castra ponens aquitanos obuios habuit. Quos filio suo sacramenti impositione firmauit. et augustam quidem cum filio. ac pictauos sese procedere decreuit. Ipse uero ad castrum. quod uulgo cartilatum dicitur. contendit. quoniam eo quidam complicum pippinum consistere ferebantur. Quod castrum nihil quidem manu artificis additum naturali tantum rupe editum. hinc inde praecipitio uallum muniebatur. praeter orientalem dumtaxat partem. qua paruo admodum interuallo continenti dirimitur. In quo tamen existentes obsidione ad deditionem coegit. Eisque consuetissima pietate. uitam. membra. et hereditatem concessit. Inde in partes torennae. in quo infideles ei delitescere. frustraque resistere moliebantur habitum diuertit. Uerum his in diuersa uagantibus sparsimque quaquauersum fugantibus imperialis exercitus continua uerni serenitate solisque

Ducatum frisię usque mosam, Ducatum hamarlant, Comitatum batauorum, Comitatum tetrabenticum dorastado Alteram partem burgundię, idem comitatum ganauensem, Comitatum lugdunensem Comitatum cauellonensem, Comitatum amaus, Comitatum hatoariorum, Comitatvm lingonicum, Comitatum tullensium. Et sic per decursum mosę usque in mare, et inter mosam, et sequanam, et inter sequanam et ligerim cumarca brittannica, Aquitaniam et uuasconiam cum marcis ad se pertinentibus, Septimaniam cum marchis suis, et prouintiam habuit. Quo superiorem potius eligente Imperator karolo filio suo inferiorem contulit. Ea conditione, ut uiuenti fideliter obsequentes eo decente memoratis portionibus potirentur. Sacramentisque multifariam a hlothario susceptis, eum in italiam redire permisit;

Imperator autem in dicto generali placito Kalend. Septembribus erga cauallonem legatos ad hludouuicum direxit, p̄cipiens, ut fines baioarię nullatenus egredi, nisi sese iubente p̄sumeret, idque sacramento firmari iuberet. Sin alias circa initia septembris ad augustburg hostiliter sibi occursurum minime dubitaret. Descriptis itaque, atque destinatis, qui secum baioariam si necessitas compelleret, quique cum filio suo carulo cauallonem, contra motus aquitanicos quibus cum pippino pippini filio quidam aquitanorum nuper ab imperatore defecerant compescendos, etiam cum saxonibus aduersus danorum, sclauorumque qui ferebantur incursus occurrerent. Ipse in crucimaco castro sese uenationibus alacriter exercendo, missorum in baioariam directorum statum operiri Qui reuersi, missis hludouuici ad imperatoris usque p̄sentiam comitantibus nuntiauerunt paternis eum iussionibus non admodum obuiasse sed ea se pariturum conditione spospondisse si sacramenti firmitas, quam quęrebat ab imperatoris fidelibus sibi etiam fieret. Uerum quia tunc contigit defuisse primates, per quos eandem firmitatem fieri deposcebat illius fidei, Imperator, atque supplicibus promissionibus potius comitendum delegit; quousque a partibus aquitanicis adepta diuinitus uictoria rediens mandatis perseuerantem benigne susciperet, secus uero molientem pro uiribus insequi non tardaret. Sed et ipse petente ne cesset quibusdam propter motus illius nuper in sese patratos rerum proprietate multatis, ut sua cuique restituerentur, eo dumtaxat pacto, si fidem inuiolabiliter imperatori seruare studerent, et nullam penitus regni fideliumque sollicitationem quoquo modo, aut tergi uersationem machinarentur. Directis interim ad hoc specialiter missis, qui ab eis huiusmodi firmitatem sacramento susciperent. Dispositis quoque saxonum aduersus saraborum, et uulzorum incursiones, qui nuper quasdam ipsius marchæ saxonię uillas incendio cremauerant, et austrasiorum, toringorumque contra abodritorum, et qui dicuntur lino defectiones expeditionibus ipse per arduennam uenatu sese delectabiliter exercens, ceteros totius regni sui fideles circa kalendas septembris scauallonem ut cum dixerat sibi obuias adesse p̄cepit.

Quidam autem piratę in quandam frisię partem irruentes non parum incommodi nostris finibus intulerunt. Direxit et oricus missos ad imperatorem quendam uidelicet cuius consiliis p̄ cunctis fidere et omnia agere uidebantur, et cum eo nepotem suum munera gentilia deferentes, pacis, amicitięque artius, stabiliusque gratia confirmandę. Quibus hilariter susceptis, atque muneratis, quia propter quędam incommoda super frisionibus querebantur duces strennui destinati sunt, qui tempore constituto illis de omnibus iustitiam adimplerent. Imperator autem cauallone receptis fidelibus in aquitaniam exercitum omnem conuertit. Pariterque tertio ferme ab urbe aruernorum miliario castra ponens aquitanos obuios habuit. Quos filio suo sacramenti interpositione firmauit, et augustam quidem cum filio, ac pictauos sese p̄cedere decreuit. Ipse uero ad castrum, quod uulgo cartilatum dicitur, contendit, quoniam eo quidam complicum pippinum consistere ferebantur

Castrum non manu factum

Quod castrum nihil quidem manu artifici additum naturali tantum rupe editum, hinc inde p̄cipitio uallium muniebatur. Pręter orientalem dumtaxat partem, qua paruo admodum inter uallo continenti dirimitur. In quo tamen consistentes obsidione ad deditionem coegit. Eisque consuetissima pietate, uitam, membra, et hereditatem concessit. Inde in partes torennę, in quo infideles eius delitescere, frustraque resistere moliebantur habitum diuertit. Uerum his in diuersa uagantibus sparsimque quaqua uersum fugitantibus, imperatoris exercitus continua uerni serenitate solisque

immentia n̄ paru͞ incōmoditatis exptus ē. Nā febri
maxima ex parte correptus parti occubuit. parti
difficillima regressione reuersus ē. Qua imperator
necessitate cōpulsus. & asperitate hiemis imminen-
tis detent᷒. absoluto reliquo exercitu ad pictauos
inhibernia concessit; Saxones interea contra sorabos
qui colo dici uocantur apud kesigesburg. dimicantes.
celestib; auxiliis fulti uictoriā adepti s͞t. regeq; ipso-
rū cimusclo interfecto. eand͞e urbē & undeci
castella ceperunt. Receptis etiā sacramentis
a rege inter eosdem tumultus repente creato
insupq; obsidibus. multā terre indixerunt. Sed
& legati impr̄is ad corich pacis gratia directi.
Receptis sacramentis. indissolubilē pepigerunt.
DCCCXL. Impr̄ autē natiuitatis atq; appari-
tionis dominice festū. sed & beate semp uirginis
marie purificationē in urbe pictauorū celebrans.
motus aquitanicos cōponere satagebat. Cūm teri
ppinquante quadragesimale obseruatione. sinis-
trum quippiam illi nuntiatū est. hlodouicū uide-
licet filiū suum consueta iam dudū insolentia
usq; ad rhenū regnū gubernaculi usurpare.
Quo admodū nuntio motus. relictis augusta & filio
karolo cū non pauca parte exercitus in urbe memo-
rata. ipse ad aquis palatiū ueniens. resurrectione
dominica inibi celebrata. germaniā transposito
rheno ingreditur. fugatoq; filio & paganorum
exterarūq; gentiū adminicula. etiā sui psentia
cōplurib; datis muneribus expetente. eū ulterius
psequi destitit. Eclypsis solis. III non. mai. ante nonā
diei horā multis in locis a plurimis uisa ē. Impr̄
uero a psequendo filio rediens. correptus morbo in
insula rheni infra magontiā. ad pspectū ingulen-
heim palatii sita. XII kl. iul. defunctus est. hlotha-
rius cōperto genitoris obitu. ab italia gallias in-
gressus. iura nature transgressus. Imperatorio elat᷒
nomine in utrumq; fratrem ludouuicū uidelicet
& karolū hostilit̄ armat᷒. & nunc hunc. nunc
illū proelio impetit. Sed utrimq; minus prospere
scd͞m suam duntaxat insolentiā patrato negotio.
quibusdā coditionibus usq; ad tempus. ab utroq;
discessit. nec tamen contra eos. seu clam seu mani-
feste prauitatē sue cupiditatis atq; credulitatis
destitit machinari. DCCCXLI. hludouuic᷒ autē
& karolus alterutra altercatra rhenū. partim mi-
partim minis. partim honoribus. partim quibusdam
conditionibus omīs partiū suarū sibi uel subdunt uel
conciliant. & hlotharius quidem diebus quadragesime
moguntiā usq; aduersus hludouuicū pcinctū ducit.
sed obsistente ipso a transitu fluminis diu abstinetur.
Verum astu quodā atq; pfidia populi hludouuico
inherentis hlothario transeunte. hludouuicus
baioariā petiuit. Karolū quoq; a sequane tran-
situ hlotharii multiplex populus nititur inhibere.
qui tamen uirili prudentia prudentiq; uirtute
transposito flumine. omīs in fugā bis terq; coegit.
hlotharius audita suorū fuga. karoliq; aduentu.
iterū rhenū transponit. Dispositisq; aduersus
hludouuicū custodiis. obuiā karolo pficiscitur.
hludouuic᷒ in hlotharii aduersus sedes positas
turmas irruans. magnaq; ex parte internicioni
domans. ceteros in fugam egit. ac deinde fratri
karolo opem laturus pperare festinat. Interea
pyrate danorū ab oceano euripo deuecti. rotu-
mam irruentes. rapinis ferro igniq; bachantes.
urbem monachos reliquumq; uulgū uel cedib;
uel captiuitate pessum dederunt. & omīa mona-
steria. seu cumq; loca flumini sequane adherentia.
aut depopulati sunt. aut multis acceptis pecuniis
territa reliquer͞. hludouuico deniq; ppinquanti.
karolus frat̄ summo desiderio atq; amore obuius
uenit. Pariterq; coniuncti sic̄ fratna caritate.
ita etiā castrorū metatione conuiuii etiā consili-
orumq; unitate. apud fratrē hlothariū sup pacis
& unanimitatis totius quoq; populi & regni guber-
natione creberrimis legationibus satis agunt.
Qui tamen sepissimus eos legatis & iumentis ludens.
tandem recepto ab aquitania pippino pippini
ductū defuncti fratris filio. In pago altiodorensi
in loco qui dicit͞r fontanidus. utrumq; fratrē regni
portionibus hostili apparatu priuare contendit.
Cumq; ad pacis fraternitatisq; concordiā minime reuo-
care posset obuiis fratrib; VII kl. iul. die sabbato
mane inceptus. multis utrimq; cadentibus cōpluribus
pfligatis turpit̄ uictus aufugit. Palantiū autem
cedes passim agitabatur. donec hludouuic᷒ & karolus
pietate feruentes. ab eorū interfectione cessandum de-
creuerunt. Quin etiā longius. a castris obtentu
xp̄ianitatis fugientes. psequi desierunt. Episq;
mandatū. ut de crastina qua eiusdem rei gratia in
loco eod͞e statua habuer͞ mortuorū cadauera put
temporis oportunitas sineret. sepulture mandarent.
In quo proelio georgius rauennates ep̄s. a gregorio
romano pontifice ad hlothariū fratresq; eius pacis
gratia directus. sed a lothario detentus. neq; ad
fratres uenire pmissus. captus ē. & cū honore ad pro-
pria remissus. hlotharius terga uertens. & aquas
granii perueniens. saxones ceterosq; confines restau-
randi proelia gratia sibi concilia restuder͞. Infantū
ut saxonibus qui stelinga appellantur quorū multi-
plicior numerus in eorū gente habetur. obtionem
cuiuscumq; legis uelanti quorū saxonū cōsuetudinis

Eclipsis solis.

De morte hludouuici imperatoris.

inmentia non parum incommoditatis expertus est. Nam febri maxima ex parte correptus partim occubuit partim difficillima regressione reuersus est. Qua imperator necessitate compulsus, et asperitate hiemis imminentis detentus, absoluto reliquo exercitu ad pictauos in hiberna concessit; Saxones interea contra sorabos qui colo dici uocantur apud kesigesburg, dimicantes, cęlestibus auxiliis fulti, uictoriam adepti sunt; regeque ipsorum cimusclo interfecto, eandem urbem et undecim castella cęperunt. Receptis etiam sacramentis a rege inter eosdem tumultus repente creato insuperque obsidibus, multam terrę indixerunt. Sed et legati imperatoris ad corich pacis gratia directi. Receptis sacramentis, indissolubilem pepigerunt.

dcccxl. Imperator autem natiuitatis atque apparitionis dominicę festum, sed et beatę semper uirginis marię purificationem in urbe pictauorum celebrans, motus aquitanicos componere satagebat. Cum interim propinquante quadragesimale obseruatione, sinistrum quippiam illi nuntiatum est; hlodouicum uidelicet filium suum consueta iam dudum insolentia usque ad yhenum regnum gubernaculi usurpare. Quo admodum nuntio motus, relictis augusta et filio karolo cum non pauca parte exercitus in urbe memorata, ipse ad aquis palatium ueniens, resurrectione dominica inibi celebrata, germaniam transposito rheno ingreditur, fugatoque filio et paganorum exterarumque gentium adminicula, etiam sui p̄sentia compluribus datis muneribus, expetente, eum ulterius

Eclipsis solis

persequi destitit. Eclypsis solis iii nonas maii ante nonam diei horam multis in locis a plurimis uisa est. Imperator uero a persequendo filio rediens, correptus morbo, in insula rheni infra magontiam ad prospectum ingulenheim palatiis ita xii kalendas iulii defunctus est.

de morte ludouici imperatoris

Hlotharius comperto genitoris obitu, ab italia gallias ingressus, iura naturę transgressus. Imperatorio elatus nomine, in utrumque fratrem, hludouuicum uidelicet et karolum hostiliter armatur, et nunc hunc, nunc illum proelio impetit. Sed utrimque minus prospere secundum suam dumtaxitt insolentiam patrato negotio, quibusdam coditionibus usque ad tempus, ab utroque discessit; nec tamen contra eos, seu clam seu manifeste prauitatem suę cupiditatis atque crudelitatis destitit machinari.

d ccchli. Hludouuicus autem et karolus alterutra alter citra rhenum, partim ui, partim minis, partim honoribus, partim quibusdam condicionibus omnes patrum suarum sibi uel subdunt uel conciliant, et hlotharius quidem diebus quadragesimę moguntiam usque aduersus hludouuicum procinctum ducit, sed obsistente ipso a transitu fluminis diu abstinetur. Verum astu quodam atque perfidia populi hludouuico inherentis hlothario transeunte, hludouuicus baioariam petiuit. Karolum quoque a sequanę transitu hlotharii multiplex populus nititur inhibere, qui tamen uirili prudentia prudentique uirtute transposito flumine, omnes in fugam bis terque coegit. Hlotharius audita suorum fuga, karolique aduentu, iterum rhenum transponit, Dispositisque aduersus hludouuicum custodiis, obuiam karolo proficiscitur, hludouuicus in hlotharii aduersus sedes positas turmas irruans, magnaque exparte internicioni domans. Ceteros in fugam egit, ac deinde fratri karolo opem laturus properare festinat. Interea pyratę danorum ab oceano euripo deuecti, rotumam irruentes, rapinis ferro ignique bachantes, urbem monachos, reliquumque uulgum uel cedibus uel captiuitate pessum dederunt, et omnia monasteria, seu cumque loca flumini sequanę adherentia, aut depopulati sunt, aut multis acceptis pecuniis territa relinquer̄. Hludouuico denique propinquanti, karolus frater summo desiderio atque amore obuius uenit. Pariterque coniuncti sicut fraterna caritate, ita etiam castrorum metatione conuiuii etiam consiliorumque unitate, apud fratrem hlotharium super pacis et unanimitatis totius quoque populi et regni gubernatione creberrimis legationibus satis agunt. Qui tamen sępissimis eos legatis et iumentis ludens, tandem recepto ab aquitania pippino pippini ducdum defuncti fratris filio. In pago altiodorensi in loco qui dicitur fontanidus, utrumque fratrem regni portionibus hostili apparatu priuare contendit. Cumque ad pacis fraternitatisque concordiam minime reuocare posset obuiis fratribus vii kalendas iulii die sabbato mane interceptus, multis utrimque cadentibus compluribus profligatis turpiter uictas aufugit. Palantium autem cedes passim agitabatur, donec hludouuicus et karolus pietate feruentes, ab eorum interfectione cessandum decreuerunt. Quinetiam longius, a castris obtentu christianitatis fugientes, persequi desierunt. Episcopisque mandatum, ut de crastina qua eiusdem rei gratia in loco eodem statua habuer̄ mortuorum cadauera prout temporis oportunitas sineret, sepulturę mandarent. In quo proelio georgius rauennates episcopus, a gregorio romano pontifice ad hlotharium fratresque eius pacis gratia directus, sed a lothario detentus, neque ad fratres uenire permissus, captus est, et cum honore ad propria remissus. Hlotharius terga uertens. et aquas granii perueniens, saxones ceterosque confines restaurandi proelia gratia sibi concilia restudet. In tantum ut saxonibus qui stellinga appellantur quorum multiplicior numerus in eorum gente habetur, obtionem cuiuscumque legis uelanti quorum saxonum consuetudinis

utram earū mallent concessterit. Qui semp ad mala pcliues. magis ritum paganorū imitari. quā xpiane fidei sacramenta tenere delegerunt. Herioldo qui cū ceteris danorū maritymis incommoda tanta sui causa ad patris iniuriā inuexerat. gaulacras aliaq: uicina loca huius meriti gratia in beneficiū contulit. Dignū sane omni detestatione facinus. ut qui mala xpianis intulerant. idē xpianorū terris & populis xpiq: ecclesiis pferrentur. ut psecutores fidei xpiane. domini xpianorū existerent. & demonū cultoribus xpiani populi deseruirent. Hludouuicus partim terroribus. partim gratia. saxonū quidē cōplures austrasiorū. toringorū. atq: alamannorū suae omīs subiugat dicioni. Karolus dispositis quantū oportunitas rerum siuit aquitanicis partib: pcenomannos parisios atq: bella uagos frantiam pmeans. hasbanienses adit. sibiq: plus amore quā timore conciliat. Hlotharius rheni amne transposito. hludouuicū bello impetere moliens. cogitatuum suorū conatib: frustrat'. in karolum subito uertitur. ratus eum longius a fratre hludouuico separatim adgressū. facilius euincendum. Karolus loticiam parisiorū regressus. transito sequane flumine hlotharii molitionibus diu obsistit. Hlotharius transpositione fluuii phibit'. superiores ipsius expetens partes p mauripensem pagum senones penetrat. Unde cenomannos nullo negotio audiens. cuncta rapinis. incendiis. stupris. sacrilegis. sacramētisq: adeo iniuriat. ut ne absis aditis temperaret. Nam quoscumq: saluandi gratia repositos uel in ecclesiis t in earū gazofilaciis thesauros. etiā sacerdotibus & ceterorū ordinū clericis iuramento deuinctis reperire potuit. auferre non distulit. Ipsas quoq: scīmoniales diuinis cultib: deditas feminas. in sui sacramēta coegit. Karolus apud parisios diutius diuersatus. urbem catalaunnis natiuitatis dominice. festū inibi celebraturus aduenit.

[illegible] Inde trecas audiens. palsensem pagū & tullū ciuitatē uosegi saltu transposito. penes argento ratū urbem fratri hludouuico coniungitur. Hlotharius nulla penitus sua suorumue utilitate inferioris gallie partes tantopere populatus. Erga parisiorū loticiam fluuiū sequane transiens. aquas granii redit. fratrumq: coniunctionē audiit egre tulit. Hludouuic' & karolus quo sibi firmius populus utriq: subditos necterent. sacramento sese alterutro deuinxerunt. fideles quoq: populi partis utriusq: pari se iuramēto constrinxerunt. ut uter eorundē fratrū aduersus alterū sinistro quippiā moliret'. relicto prorsus auctore discidii. omīs sese ad seruatorē fraternitatis amicitieq; conuerterent. Quib; patratis. ad hlotharīū pacis grā dirigt'. Qui legatis eorū a sui psentia atq: conloquio inhibitis. ad obsistendū fratrib; se suosq: hostilit' ppara̅t. Quo his sentia copalatio a mosella flumine octo ferme milibus constituto. & eiusdem transeundi facultatem dispositis custodiis denegantē. hludouuic' navali. karol' equestri apparatu castrū confluentes peruenunt. Ibiq: mosellam uirilit' transire inchoantib:. omnes hlotharii excubie uelocit' aufuger'. Hlotharius inopinato fratrū aduentu territ' cessit. Sublatisq: cunctis ab aquis granii. palatio tam scē marie. quā regalib: thesauris. disco etiā mire magnitudinis ac pulchritudinis argenteo. In quo & orbis totius descriptio. & astrorū consideratio. & uarius planetarū discursus. diuisis ab inuicē spaciis eminentioribus sculpta radiabant. particulatim preciso. suisq: distributo a quibus tamen quamuis tali mercede conductis p contubernia turbatim deserebatur. p catalaunis fugiens apud trecas pascali sollēpnitate pacta. lugdunū petiit. Hludouuic' penes coloniam agrippinā. karolus in heristalio palatio eandem festiuitatē celebrantes. homines ipsarū partiū ad sese refugientes suscipiunt. frēm psequi desistentes. Quib: multiplicit' receptis. friīs abitu gradu tardiusculo insequuntur. Quia apud fratres sup pacis federe licet inuitus satagens. legatos quibus plurimū nitebatur. dirigit. Electo ad hoc negotiū matasconis urbis uicinio. illuc utrimq: coitur. & utriusq: partis castra amrare fluuio dirimente. in squanciā insulam eiusdem fluminis ad cōmune conloquiū aspectumq: coeunt. Ubi ueniā de pteritis pperam gestis. uicissim postulata atq: accepta. sacramētumq: quoq: alter alteri uere pacis fraternitatisq: iurauerunt. & de regni totius equis portionib: diligentius faciendis. kl octobribus. in urbe medio matricorū metis uocabulo decreuer'. Ea tempestate nordmannorū classis e in emborio quod quanto uicus dicit'. repentino sub lucē aduentu depdationibus captiuitate. & nece sexus utriusq: hominū adeo debachati sunt. ut nichil in eo preter edificia precio. redempta relinquerent. Mauorū etiā pyrate prodanū prope arelatū delati. cuncta passim depdati. impune oneratis nauib: regressi sunt. Karolus aūte amatas com̄ne aquitaniā ingressus. atq: puagatus. ad memoratū placiti locū & tempus uenire non distulit. Hlotharius apud augustā treuerorū legatos grecorū suscipit. eosq: absolutis eiusdem placiti tēpore palatio. quod theodonis uilla dicitur. resedit. Hludouuic' pagata omni saxonia. cunctos

Discus argenteus

utram earum mallent, concesserit. Qui semper ad mala procliues, magis ritum paganorum imitari, quam christianę fidei sacramenta tenere delegerunt. Herioldo, qui cum ceteris danorum maritymis incommoda tanta sui causa ad patris iniuriam inuexerat, gaulacras aliaque uicina loca huius meriti gratia in beneficium contulit. Dignum sane omni detestatione facinus, ut qui mala christianis intulerant, idem christianorum terris et populis christique ecclesiis p̄ferrentur, ut persecutores fidei christianę domini christianorum existerent, et dęmonum cultoribus christiani populi deseruirent. Hludouuicus partim terroribus, partim gratia, saxonum quidem complures austrasiorum, toringorum atque alamannorum suae omnes subiugat dicioni. Karolus dispositis quantum oportunitas rerum siuit aquitanicis partibus per cenomannos parisios atque bella uagos frantiam permeans, hasbanienses adit, sibique plus amore quam timore conciliat. Hlotharius, rheni amne transposito, hludouuicum bello impetere moliens cogitatuum suorum conatibus frustratus, in karolum subito uertitur, ratus eum longius a fratre hludouuico separatim adgressum, facilius euincendum. Karolus lotitiam parisiorum regressus, transito sequane flumine hlotharii molitionibus diu obsistit. Hlotharius transpositione fluuii prohibitus superiores ipsius expetens partes, per mauripensem pagum senones penetrat. Vnde cenomannos nullo negotio audiens, cuncta rapinis, incendiis, stupris, sacrilegis, sacramentisque adeo iniuriat, ut ne absis aditis temperaret. Nam quoscumque saluandi gratia repositos uel in ecclesiis uel in earum gazofilaciis thesauros, etiam sacerdotibus et ceterorum ordinum clericis iuramento deuinctis reperire potuit, auferre non distulit. Ipsas quoque sanctimoniales diuinis cultibus deditas feminas, in sui sacramenta coegit. Karolus apud parisios dicius diuersatus, urbem catalitumnis natiuitatis dominicę, festum inibi celebraturus aduenit. **dcccxlii**. Inde trecas ~~a~~udiens, per alsensem pagum et tullum ciuitatem, uosegi saltu transposito, penes argento ratum urbem fratri hludouuico coniungitur. Hlotharius nulla penitus sua suorumue utilitate inferioris gallię partes tantopere populatus. Erga parisiorum loticiam fluuium sequanę transiens, aquas granii rediit, fratrumque coniunctionem audiit egre tulit. hludouuicus et karolus, quo sibi firmus populus utrique subditos necterent, sacramento sese alterutro deuinxerunt, fideles quoque populi partis utriusque pari se iuramento constrinxerunt, ut uter eorundem fratrum aduersus alterum sinistro quippiam moliretur, relicto prorsus auctore discidii, omnes sese ad seruatorem fraternitatis amicitieque conuerterent. Quibus patratis, ad hlotharium pacis gratia dirigunt. Qui legatis eorum a sui p̄sentia atque conloquio inhibitis, ad obsistendum fratribus se suosque hostiliter p̄parat. Quo hisentia copalatio a mosella flumine octo ferme milibus constituto, et eiusdem transeundi facultatem dispositis custodiis denegantem, hludouuicus nauali, karolus equestri apparatu castrum confluentes perueniunt. Ibique Mosellam uiriliter transire inchoantibus, omnes hlotharii excubię uelociter aufuger̄. Hlotharius inopinato fratrum aduentu territus cessit. Sublatisque cunctis ab aquis granii, palatio tam sanctę marię, quam regalibus thesauris, disco etiam mirę magnitudinis ac pulchritudinis argenteo. In quo et orbis tocius descriptio, et astrorum consideratio, et uarius planetarum discursus, diuisis abinuicem spaciis eminentioribus sculpta radiabant, particulatim preciso, suisque distributo a quibus tamen quamuis tali mercede conductis per contubernia turmatim deserebatur peroatalaumnis fugiens apud trecas paschali sollempnitate peracta, lugdunum petiit. Hludouuicus penes coloniam agrippinam, karolus in heristalio palatio eandem festiuitatem celebrantes, homines ipsarum partium ad sese refugientes suscipiunt, fratrem persequi desistentes. Quibus multipliciter receptis, fratris abitu gradu tardiusculo insequuntur. Quia apud fratres super pacis fędere licet inuitus satagens, legatos quibus plurimum nitebatur, dirigit. Electo ad hoc negotium matasconis urbis uicinio, illuc utrimque coitur, et utriusque partis castra amrare fluuio dirimente, in quandam insulam eiusdem fluminis ad commune conloquium aspectumque coeunt. Vbi ueniam de p̄teritis perperam gestis, uicissim postulata atque accepta, sacramentumque quoque alter alteri uerę pacis fraternitatisque iurauerunt, et de regni totius ęquis portionibus diligentius faciendis, kalend. octobribus, in urbe medio matricorum mettis uocabulo decreuer̄. Ea tempestate nordmannorum classis ~~e~~in emborio quod quantouicus dicitur, repentino sub lucem aduentu dep̄cationibus, captiuitate, et nece sexus utriusque hominum adeo debachati sunt, ut nichil in eo preter ędificia precio, redempta relinquerent. Maurorum etiam pyratę per rodanum prope arelatum delati, cuncta passim dep̄dati, impune oneratis nauibus regressi sunt. Karolus autem amatas comne aquitaniam ingressus, atque peruagatus, ad memoratum placiti locum et tempus uenire non distulit. Hlotharius apud augustam treuerorum legatos grecorum suscipit, eosque absolutis eiusdem placiti tempore palatio, quod theodonis uilla dicitur, resedit. Hludouuicus, peragrata omni saxonia, cunctos

discus argenteus

sibi eatenus obsistente sui atq: terrore ita perdomuit.
ut comprehensis omnibus. auctorum tante impietatis qui et
xpianam fidem pene reliquerant. et sibi suisq: fidelibus
tantopere obstiterant. cxl. capitis amputatione plec-
teret. quattuordecim patibulo penderet. innumeros
menbrorum precisione debiles redderet. nullumq: sibi
ullatenus refragantem relinqueret. Interea beneventa-
nis inter se dissidentibus. saraceni ab africa a beis invitati.
Primo quidem auxiliatores postmodum vero violenti inse-
cutores plurimas civitatum vi obtinent. Karolus mense
octobri ab urbe medio matricorum vangium profectus. hludowi-
co fratri coniungitur. Quibus inibi diutius immorantibus
et missis alternatim ad hlotharium intercurrentibus. ac de regni
portionibus multum diuq: consultantibus. tandem inventum est.
ut missis trentiiii per universum sue dicionis regnum dirigerentur.
quorum industria diligentior discriptio fieret. cuius serie
trium fratrum equissima regna divisio inrefragabiliter
statuto tempore patraretur. Quibus destinatis. hludo-
wicus germanniam repedat. hlotharius medioximis regni
francorum immoratur. Karolus carisiacum palatium veniens.
ermendrud neptem adalardi comitis uxorem ducit.
atq: augustam viromandorum ad memoriam videlicet be-
ati quintini martyris nativitatis dominice festum
celebraturus proficiscitur. Inter hec terre motus in
inferioribus gallie factus est. DCCCXLIII. hlotharius
et hludowicus intra fines regnorum suorum sese cohibentes.
pacifice degunt. karolus aquitaniam peragratur. Quo
illic constituto nomenogius britto. et landbertus
qui nuper ab eius fidelitate defecerant. rainaldum namnetorum
ducem interficiunt complures capiunt. Emergen-
tibus igitur hinc inde tot tantisq: incessabiliter malis.
vastante passim cuncta raptore. coacti sunt per multa
totius gallie loca homines. terram mixta paucitate
farine. atq: in panis speciem redactam comedere.
Eratq: lacrimabile immo execrabile nimium facinus.
in iumenta raptorum pabulis habundarent. et homines ipsi-
us terrene admixtionis crustulis indigerent. Pyrate
nordomandorum. urbem namnetum adgressi. interfectis
episcopo et multis clericorum atq: laicorum sexusq: promiscui
depredata civitate inferioris aquitanie partes depopu-
lari adoriuntur. Ad postremum. insulam quandam
ingressi. convectis a continenti domibus hiemare velut perpe-
tuis sedibus statuerunt. Karolus ad condictum fratribus obvians.
penes virodunum eis coniungitur. Ubi distributis portionibus
hludowicus ultra rhenum omnia. citra renum vero nemetum. vangium.
et mogontiam civitates pagosq: sortitus est. Hlotharius intra re-
num et scaldem in mare decurrentem. et rursus per cameracensem
hainaum. lomensem. castritium. et eos comitatus qui mose citra
contigui habentur. usq: ad ararem rodono influentem. et per de-
flexum rodani in mare. Cum comitatibus similiter sibi utrimq:
adherentibus. Extra hos autem tantummodo atrebatensium. karo-
li fratris humanitate adeptus est. cetera usq: ad hispaniam ka-

rolo cesserunt. Factisq: sacramentis. tandem altrinsecus
est discessum. Ea tempestate concordantibus ad invicem
beneventanis dei auxilio de illis partibus saraceni
expulsi sunt. DCCCXLIIII. hiems mollissima.
usq: ad kl febr quadam temperie modificata. Bernardus
comes marce hispanice iamdudum grandia mo-
liens. summisq: inhians maiestatis reus francorum
iudicio iussa. karoli in aquitania capitalem sen-
tentiam subiit. Gregorius romane ecclesie pon- Sepius gregorius
tifex decessit. Cuius sergius succedens in eadem
sede substituitur. Quo in sede apostolica ordinato.
hlotharius filium suum hludowicum romam cum drogone
medio matricorum episcopo dirigit. acturos ne deinceps
decedente apostolico quisquam illic preter sui iussio-
nem missorumq: suorum presentiam ordinetur antistes.
Qui romam venientes. honorifice suscepti sunt.
Peractoq: negotio. hludowicum pontifex romanus
unctione in regem consecratum. cingulo decoravit.
Drogonem vero episcopum. sui vicarium. galliarum. germaniarumq:
partibus designavit. Siginulfus beneventanorum
dux. ad hlotharium cum suis omnibus sui deditionem
faciens. centum milium aureorum multa sese ipsi fecit
obnoxium. Quibus beneventaniq: pridem alias
versi fuerant coeptis. ad eundem siginulfum sese
convertentes. saracenorum reliquias a suis finibus
expellere moliuntur. Landbertus cum brittonibus
quosdam karoli markionum meduane ponte inter-
ceptos perimit. Pippinus pippini quondam filius. ex-
ercitum ex francia ad karolum tolosam civitatem obsidi-
one vallantem properanti. In pago ecolesimo occurrens.
ita brevi et absq: suorum casu eum profligavit. Ut prioribus
interfectis. ceteros fugam ante congressum etiam ineuntes.
vix paucis evadentibus aut caperet. aut spoliatos
sacramentoq: adstrictos ad propria permitteret. Qua
inopinata congressione. hugo presbiter et abbas filius
karoli magni quondam imperatoris et frater. hlodowici itidem
imperatoris. patruus usq: hlotharii hlodowici et karoli regum.
necnon richbote abbas et ipse cum sobrinus regum.
nepos videlicet karoli imperatoris ex filia. et karduinus quoq:
et ravanus comites cum aliis pluribus interfecti sunt.
Capti vero ebroinus pictavorum episcopus. ragenarius somaro-
brice ambianorum episcopus. et lupus abbas. ac filii eckardus
comitis duo. Item eokardus. guntardus. et richuinus
comites. engilwinus. etiam aliiq: non pauci nobilium.
Nemonogius britto eadem tempestate fines sibi suisq:
ante cessoribus distributos. insolenter egrediens. ceno-
mannos usq: cuncta longe lateq: populando ignibus
etiam plurima cremando pervenit. Ubi audita nor-
domannorum intra fines eius inruptione. redire com-
pulsus est. Hludowicus rex germannorum populos
sclavorum et terras adgressus. quosdam in deditionem
cepit. quosdam interfecit. Omnis pene illarum partium

sibi eatenus obsistente sui atque terrore ita perdomuit, ut comp̄hensis omnibus auctorum tantę impietatis qui et christianam fidem pene reliquerant, et sibi suisque fidelibus tantopere obstiterant, cxl. capitis amputatione plecteret, quattuordecim patibulo penderet, innumeros menbrorum p̄cisione debiles redderet, nullumque sibi ullatenus refragantem relinqueret. Interea beneuentanis inter se dissidentibus, saraceni ab africa ab eis inuitati. Primo quidem auxiliatores postmodum uero uiolenti insecutores plurimas ciuitatum ui obtinent. Karolus mense octobri ab urbe medio matricorum uangium profectus, hludouuico fratri coniungitur. Quibus inibi diutius immorantibus et missis alternatim ad hlotharium intercurrentibus ac de regni portionibus multum diuque consultantibus, tandem inuentum est, ut missis trentiui per uniuersum suę dicionis regnum deligerentur, quorum industria diligentior discriptio fieret, cuius serie trium fratrum ęquissima regna diuisio inrefragabiliter statuto tempore patraretur. Quibus destinatis, hludouuicus germanniam repedat, hlotharius medioximis regni francorum immoratur. Karolus carisiacum palatium ueniens, ermendrud neptem adalardi comitis uxorem ducit, atque augustam uiromandorum ad memoriam uidelicet beati quintini martyris natiuitatis dominicę festum celebraturus proficissitur. Inter hęc terrę motus in inferioribus gallię factus est.

Terre motus

d ccc xliii. hlotharius et hludouuicus intra fines regnorum suorum sese cohibentes, pacifice degunt. Karolus aquitaniam peruagatur. Quo illic constituto nomen ogius britto et landbertus qui nuper ab eius fidelitate deferant, rainaldum nam netorum ducem interficiunt complures capiunt. Emergentibus igitur hinc inde tot tantisque incessabiliter malis, uastante passim cuncta raptore, coacti sunt per multa tocius gallię loca, homines, terram mixta paucitate farinę, atque in panis speciem redactam commedere.

Fames

Eratque lacrimabile imo execrabile nimium facinus, in iumenta raptorum pabulis habundarent, et homines ipsius terrenę admixtionis crustulis indigerent. Pyratę nordomandorum, urbem namnetum adgressi, interfectis episcopo et multis clericorum atque laicorum sexusque promiscui dep̄data ciuitate, inferioris aquitanię partes depopulaturi adoriuntur.Ad postremum insulam quandam ingressi, conuectis a continenti domibus hiemare uelut perpetuis, sedibus statuer̄. Karolus ad condictum fratribus obuians, penes uirodunum coniungitur. Vbi distributis portionibus hludouicus ultra rhenum omnia, citra renum uero nemetum, uangium et mogontiam ciuitates pagosque sortitus est. Hlotharius intra renum et scaldem in mare decurrentem, et rursus percarama censem hainaum, lomensem, castritium, et eos comitatus qui mose citra contigui habentur, usque ad ararem rodono influentem, et per deflexum rodani in mare. Cum comitatibus similiter sibi utrique adherentibus. Extra hos autem terminos atrebatestantum, karoli fratris humanitate indeptus est, cetere usque ad hispaniam karolo cesser̄. Factisque sacramentis, tandem altrinsecus est discessum. Ea tempestate concordantibus adinvicem beneventanis dei auxilio de illis partibus saraceni expulsi sunt. **d cccxliiii**. Hiems mollissima, usque ad kal. februarii quadam temperie modificata. Bernardus comes marce hispanicę iamdudum grandia moliens, summisque inhians maiestatis reus francorum iudicio iussa, karoli in aquitania capitalem sententiam subiit. Gregorius romanę ecclesię pontifex decessit.

mors gregorij pape

Cuius sergius succedens, in eadem sede substituitur. Quo in sede apostolica ordinato, hlotharius filium suum hludouuicum romam cum drogone medio matricorum episcopo dirigit, acturos ne deinceps decedente apostolico quisquam illic preter sui iussionem missorumque suorum p̄sentiam ordinetur antistes. Qui romam uenientes, honorifice suscepti sunt. Peractoque negotio, hlodouuicum pontifex romanus unctionem in regem consecratum, cingulo decorauit. Drogonem uero episcopum, sui uicarium, galliarum, germaniarumque partibus designauit. Siginulfus beneuentanorum dux, ad hlotharium cum suis omnibus sui deditionem faciens, centum milium aureorum multa sese ipsi fecit obnoxium. Quibus bene uentanique pridem alias uersi fuerant compertis, ad eundem siginulfum sese conuertentes, saracenorum reliquias a suis finibus expellere moliuntur. Landbertus cum brittonibus quosdam karoli markionum meduanę ponte interceptos perimit. Pippinus pippini quondam filius, exercitui ex frantia ad karolum tolosam ciuitatem obsidione uallantem properanti. In pago ecolesimo occurrens, ita breui et absque suorum casu eum profligauit. Vt prioribus interfectis, ceteros fugam ante congressum etiam ineuntes, uix paucis euadentibus aut caperet, aut spoliatos sacramentoque adstrictos ad propria permitteret. Qua inopinata congressione, hugo presbiter et abbas, filius karoli magni quondam imperatoris et frater, hlodoici itidem imperatoris, patru usque hlotharii hlodoici et karoli regum, necnon richbote abbas et ipse cumsobrinus regum, nepos uidelicet karoli imperatoris ex filia etkardus quoque et rauanus comites cum aliis pluribus interfecti sunt. Capti uero ebronius pictauorum episcopus, ragenarius somarobrice ambinorum episcopus, et lupus abbas ac filii etkardus comitis duo. Item etkardus, guntardus, et richuinus comites, engiluuinus, etiam aliique non pauci nobilium. Nemonogius britto eadem tempestate fines sibi suisque ante cessoribus distributos, insolenter egrediens cenomannos usque cuncta longe lateque populando ignibus etiam plurima cremando peruenit. Vbi audita nordomannorum intra fines eius inruptione, redire compulsus est. Hludouuicus rex germannorum populos sclauorum et terras adgressus, quosdam in deditionem cepit, quosdam interfecit. Omnes pęne illarum partium

regulos sibi aut ui aut grā subegit. Nortmanni brittaniā insulā ea quā maxime parte quā angli saxones incolunt bello impetentes. triduo pugnando uictores effecti. predas rapinas neces passim facientes terra ꝓlibitu potiuntur. Interea fratrum idē hlotharii. hludouuici & karoli alternatim fraterno affectū legatis multifariā discurrentibus mense octobri idē penes theodonis uillā conueniunt. Habitoq; dieb; aliquot amicabili ꝑnecessarioq; conloquio. int̄ se fraternitatis & caritatis iura inposterū non uiolenda confirmant. Om̄s quoq; discordiarū satores cautius sollicitius exsacraturosq; & statum ecclesiarū imminentibus necessitatibus foedissime rebus dilaceratū ac personis minus congruis id ē laicis uulgo contraditū redintegraturos sese ꝓmittunt. Vnde & ad pippinū. landbertū atq; nomenogiū pacis grā missos parit̄ destinant. ut frī karolo obedientes. fideles de cetero ꝑmansuri occurre nondifferant. Sin alias. eis tēpore oportuno uirilit̄ conglobati eorū infidelitatib; ulciscendis se interminando ꝓfecturos ꝓnuntiant. nordomanni ꝑ garrondā tolosam usq; ꝓficientes. p̄das passim impuneq; ꝑficiunt. Vnde regressi quidā galliciamq; adgressi. partim ballistariorū occursu. partim tēpestate maris int̄cepti dispereunt. Sed & quidā eorū ulteriores hispanie partes adorsi. diu acriterq; cū saracenis dimicantes. tandē uicti resiliunt. DCCCXLV. hiems asperrima nordomannorū naues centū uiginti mense marcio ꝑsequanā hinc & abinde cuncta uastantes. loticiū parisiorū nullo penitus obsistente ꝑuaduntur. Quib; cū carolus occurrere moliretur. sed preualere suos nullatenus posse ꝑspiceret. quibusdā pactionib; & munere septem miliū librarū eis exhibito. a ꝓgrediendo cōpescuit. ac redire ꝑsuasit. Fulradus comes & ceteri ꝓuinciales ab hlothario deficiunt. sibiq; potestatē totius ꝓuincie usurpant. Normannorū rex oricus sexcentas naues ꝑ albim fluuiū ingermanniā aduersus hludouuicū dirigit. Quib; saxones occurrentes. cōmisso proelio dn̄i nr̄i ihū xp̄i auxilio uictores efficiuntur. Vnde digressi. sclauorū quandā impetunt. & capiunt ciuitatem. Fames ualida gallie inferiora consumit. adeo ut multa hominū milia eadem inualescente absūpta sint. Karolus agrū floriacum in quo sci benedicti monasteriū consistit duodecim ab aurelianorū urbe leguis uenienis. pippinū pippini filiū suscipit. & receptis ab eo sacramentis fidelitatis. quatenus ita deinceps ei fidelis sicut nepos patruo existeret. & in quibuscumq; necessitatibus ipsi ꝓuirib; auxiliū ferret. totius aquitanie dominatū ei ꝑmisit. pret̄ pictauos santonas & elinenses. Vnde & om̄s aquitanici qui catenus cū karolo fuerant. ad eundē pippinū continuo sui conuersionē efficere studuerunt. Beneuentani cū saracenis ueteri discordia recrudescente denuo dissident. Nortmanni alueo sequane remensomaria repetunt. cuncta maris loca finitima diripiunt. uastant. atq; incendiis concremant. sed licet peccatis nr̄is diuine bonitatis aequitas nimiū offensa talit̄ xp̄ianorū terras & regna atriuerit. ne tamē etiā pagani inpudentie aut certe inpotentie dn̄m omnipotentissimū ac ꝓuidentissimū impune diutius insimularent. cū a quodā monasterio sithdiu nomine direpto incensoq; oneratis nauib; repedarent. ita diuino iudicio uel tenebris cecati. uel insania sunt ꝑculsi. ut uix ꝑpauci euaderent. qui dī omnipotentis iter ceteris nuntiarent. Vnde ut fertur cōmotus animo rex eorū oric̄ ad hludouuicū regē germannorū legatos pacis grā destinat. captiuitatē absoluere. thesaurosq; paratus ꝓuirib; restituere. Hlotharius ꝓuinciā ingressus. bretotiā sue potestati recuperat. Dani qui anno p̄terito aquitaniā uastauerant remeantes santonas inuadunt. confligentes superant. quietisq; sedibus immorantur. Karolus brittaniā gallie cū paucis minus caute adgressus. deficientib; suis reb; sinistra fortuna inuersas. cinomannos festinato reuertitur reparatoq; exercitu eandem parat impetere. DCCCXLVI. Pyrate danorum fresiam adeuntes. recepto ꝓlibitu censu. pugnando quoq; uictores effecti. tota pene ꝓuintia potiuntur. Ventus aquilo ꝑ totā hiemem ad ipsa fere mai m̄ses initia acerrimus segetib; & uineis incumbit. Luporū incursio inferiorū gallie partiū homines audentissime deuorat. Sed & in partib; gallie aquitanie in modū exercitus usq; ad trecentos ferme ē globati & ꝑuiā facto agmine gradientes uolentib;q; resistere fortiter. unanimitq; contrastare feruntur. Karolus apud uillā sci Remigii sparnaciū nomine cont̄ morem conuentū populi sui generalē m̄se iunio habuit. In quo epōrū regni sui ꝑnecessaria ammonitio de causis ecclesiasticis ita flocci pensa est. ut uix umquā reuerentia pontificalis xp̄ianorū dūtaxat tēporib; sic posthabita legatur. Quadā die iuniorū cum equa coiens repertus. iudicio francorum uiuus incendio crematur. Inde partes brittanie karolus cū exercitu petens pacē cū nomenogio duce brittorū int̄uenientib; hinc & abinde sacramentis pasciscitur. Huius anni mense maio tanta apud altiodorū ciuitatē inundatio pluuiarū fluxit. ut parietes penetrans. ipsas etiā culpas plenas uini

regulos sibi aut ui, aut gratia subegit. Nortmanni brittaniam insulam ea quam maxime parte quam angli saxones incolunt bello impetentes, triduo pugnando uictores effecti, prędas rapinas neces passim facientes terra pro libitu pociuntur. Interea fratrum idem hlotharii, hludouuici, et karoli alternatim fraterno affectum legatis multifariam discurrentibus mense octobri idem penes theodonis uillam conueniunt. Habitoque diebus aliquot amicabili pernecessarioque conloquio, inter se fraternitatis et caritatis iura in posterum non uiolenda confirmant. Omnes quoque discordiarum satores cauturos sollicitius exsacraturosque et statim ecclesiarum inminentibus necessitatibus foedissime rebus dilaceratum ac personis minus congruis id est laicis uulgo contraditum redintegraturos sese promittunt. Vnde et ad pippinum, landbertum atque nomenogium pacis gratia missos pariter destinant, ut fratri karolo obędientes, fideles de cetero permansuri occurre non differant. Sin alias, eis tempore oportuno uiriliter conglobati, eorum infidelitatibus ulciscendis se interminando profecturos pronuntiant, nordomanni per garrondam tolosam usque proficiscentes, p̄das passim impuneque perficiunt. Vnde regressi quidam galliciamque adgressi, partim ballistariorum occursu, partim tempestate maris intercepti dispereunt. Sed et quidam eorum ulterioris hispanię partes adorsi, diu acriterque cum saracenis dimicantes, tandem uicti resiliunt. **d ccc xlv**. Hiems asperrima nordomannorum naues centum uiginti mense marcio per sequenam hinc et abinde cuncta uastantes, loticium parisiorum nullo penitus obsistente peruaduntur. Quibus cum karolus occurrere moliretur, sed pręualere suos nullatenus posse perspicere, quibusdam pactionibus et munere septem milium librarum eis exhibito, a progrediendo compescuit, ac redire persuasit. Fulradus comes et ceteri prouinciales ab hlothario deficiunt, sibique potestatem tocius prouincię usurpant. Normannorum rex oricus sexcentas naues per albim fluuium in germanniam aduersus hludouuicum dirigit. Quibus saxones occurrentes, commisso proelio, domini nostri ihesu christi auxilio uictores efficiuntur: Vnde digressi, sclauorum quandam impetunt, et capiunt ciuitatem. Fames ualida gallię inferiora consumit, adeo ut multa hominum milia eadem inualescente absumpta sint. Karolus agrum floriacum in quo sancti benedicti monasterium consistit duodecim ab aurelianorum urbe leguis ueniens, pippinum pippini filium suscipit, et receptis ab eo sacramentis fidelitatis, quatenus ita deinceps ei fidelis sicut nepos patruo existeret, et in quibuscumqui necessitatibus ipsi pro uiribus auxilium ferret, tocius aquitanię dominatum ei permisit, preter pictauos santorias et elinenses. Vnde et omnes aquitanici qui eatenus cum karolo fuerant, ad eundem pippinum continuo sui conuersionem efficere studuerunt. Beneuentani cum saracenis ueteri discordia recrudescente denuo dissident. Nortmanni alueo sequanę remenso, maria repetunt, cuncta maris loca finitima diripiunt, uastant, atque incendiis concremant, sed licet peccatis nostris diuinę bonitatis aequitas nimium offensa taliter christianorum terras et regna attriuerit; ne tamen etiam pagani inprouidentię aut certe inpotentię dominum omnipotentissimum ac prouidentissimum impune diutius insimularent, cum a quodam monasterio sithdiu nomine direpto incensoque oneratis nauibus repedarent, ita diuino iudicio uel tenebris cęcati, uel insania sunt perculsi; ut uix perpauci euaderent, qui dei omnipotentis iter cęteris nuntiarent. Vnde ut fertur commotus animo rex eorum oricus ad hludouuicum regem germannorum legatos pacis gratia destinat, captiuitatem absoluere, thesaurosque paratus pro uiribus restituere. Hhlotharius prouinciam ingressus, bretotiam suę potestati recuperat. Dani qui anno p̄terito aquitaniam uastauerant remeantes santonas inuadunt, confligentes superant, quietisque sedibus immorantur. Karolus brittanniam gallię cum paucis minus caute adgressus, deficientibus suis rebus sinistra fortuna inuersas, cinomannos festinato reuertitur reparatoque exercitu eandem parat impetere. **d ccc xlvi**. Pyratę danorum fresiam adeuntes, recepto pro libitu censu, pugnando quoque uictores effecti, tota pęne prouintia pociuntur. Ventus aquilo per totam hiemem ad ipsa fere mai menses initia acerrimus segetibus et uineis incumbit. Luporum incursio inferiorum gallię partium homines, audentissime deuorat. Sed et in partibus ~~gallię~~ aquitanię in modum exercitus usque ad trecentos ferme conglobati et per uiam facto agmine gradientes, uolentibusque resistere fortiter, unanimiterque contra stare feruntur. Karolus apud uillam sancti Remigii sparnacum nomine contra morem conuentum populi sui generalem mense iunio habuit. In quo episcoporum regni sui pernecessaria ammonitio de causis ęcclesiasticis ita flocci pensa est, ut uix umquam reuerentia pontificalis christianorum duntaxat temporibus sic posthabita legatur . Quadam die iuniorum cum ęqua coiens repertus, iudicio francorum uiuus incendio crematur. Inde partes brittanię karolus cum exercitu petens pacem cum nemogio duce brittorum interuenientibus hinc et abinde sacramentis paciscitur. Huius anni mense maio tanta apud altiodorum ciuitatem inundatio pluuiarum fluxit, ut parietes penetrans, ipsas etiam culpas plenas uini

direptio monasterij sithiu

lupi

coitus

in fluuium icaunam detulerit. Sed et quod est mirabilius quandam uineam cum terra uitibus et arboribus omnibus in nullo disruptam ita ut erat solidam a parte icaune fluminis in alteram eiusdem fluuii partem transposuerit. acsi in eodem agro naturaliter fuerit. Mense augusto saraceni maurique tiberi romam adgressi. basilicam beati petri apostolorum principis deuastantes. ablatis cum ipso altari quod tumbe memorati apostolorum principis suppositum fuerat. omnibus ornamentis atque thesauris. quendam montem centum ab urbe milibus munitissimum occupant. Quos quidam dudum hlotharii minus religiose adorsi. atque deleti sunt. Pars autem hostium ecclesiam beati pauli apostoli adiens. a campaniensibus oppressa prorsus interfecta est. Hludouuicus rex germannorum aduersus sclauos profectus. tam intestino suorum conflictu. quam hostium uictoria conterritus reuersus est. Hludouuicus lotharii filius rex italiae cum saracenis pugnans. uictus uix romam peruenit.

DCCCXLVII. Legati ab abdirhaman regis saracenorum a corduba hispanie ad karolum pacis petende federisque firmandi gratia ueniunt. Quos apud remorum durocortorum decenter et suscepit. et absoluit. Bodo qui ante annos aliquot christiani ueritate derelicta ad iudeorum perfidiam concesserat. in tantum mali profecit. ut in omnes christianos hispanie degentes tam regis quam gentis saracenorum animos concitare studuerit. quatenus aut relicta christiane fidei religione ad iudeorum insaniam saracenorumue dementiam in se conuerterent. aut certe omnes interficerentur. Super quo omnium illius regni christianorum peticio ad karolum regem regnique sui episcopos ceterosque nostre fidei ordines lacrimabiliter missa est. ut memoratus apostata reposceretur. ne diutius christianis illic uersantibus aut impedimento aut neci foret.

Dani partem inferioris gallie quam brittones incolunt adeuntes. ter cum eisdem bellantes superant. nomenoiusque uictus cum suis fugit. Dein legatos muneribus a suis eos sedibus mouit. Sergius romanus pontifex vi kl. feb. defungitur. et leo in eius locum eligitur. Saraceni oneratis thesaurorum multitudine quas ex basilica beati petri apostoli asportarant nauibus redire conati. cum inter nauigandum deo et domino nostro ihesu christo eiusque apostolis ore pestifero derogarent. orto repente ineuitabili turbine. conlisis in sese nauibus omnes pereunt.

Quedam thesaurorum in sinibus defunctorum quos mare litoribus reiecerat inuenta. ad beati petri apostoli memoriam reuehuntur. Scotti a nortmannis per annos plurimos impetiti tributarii efficiuntur. insulis circumquaque positis nullo resistente potiti immorantes. Hlotharius. hludouuicus. et karolus legatos ad oric danorum regem destinant. mandantes ut suos christianorum infestationibus cohiberet. Sin alias bello se impetendum nullatenus dubitaret. Ea tempestate mauri et saraceni beneuentum inuadunt. et usque ad romana confinia populantur. Dani aquitanie maritima impetunt. et depredantur. urbemque burdegalam diu oppugnant. Alii quoque danorum emporium quod dorestadum dicitur. et insulam batauum occupant atque obtinent. Hludouuici germannorum regis exercitus aduersus sclauos prospere dimicant. ita ut quod ante annum ex[er]c[itus] amiserat receperit.

DCCCXLVIII. Sclaui in regnum hludouuici hostiliter irruentes. ab eo in christi nomine superantur. Karolus nortmannorum burdegalam obpugnantium partem adgressus. uiriliter superat.

Exercitus hlotharii contra saracenos beneuentum obtinentes dimicans uictor efficitur. Dani burdegalam aquitanie iudeis prodentibus captam depopulatamque incendunt. Aquitani desidia inertiaque pippini coacti karolum petunt. atque in urbe aurelianorum omnes pene nobiliores cum episcopis et abbatibus in regem eligunt. Sacroque crismate delibutum et benedictione episcopali sollempniter consecrant. Pyrate grecorum massiliam prouintie nullo obsistente uastantes. impune recedunt. Nordmanni metallum uicum populantes. incendio tradunt. Scotti super nordmannos irruentes. auxilio domini nostri ihesu christi uictores. eos a suis finibus propellunt. Unde et rex scottorum ad karolum pacis et amicitie gratia legatos cum muneribus mittit. uiam sibi petendi romam concedi deposcens. Mauri denuo beneuentum inuadunt. Guilhelmus filius bernardi impurium et barcinonam dolo magis quam ui capit. DCCCXLVIIII.

Hlotharius et karolus senioribus usi consiliis. in pacem germanamque concordiam redeunt. Apud galliam xiii kl. martii nocte sequenti clericis nocturnas preces domino soluentibus. terremotus ualide. sed nullaque liber edificiorum ruina facta est. Godescalc gallus quidam monasterii orbacensis. parroechie suessonice monachus et presbiter scientia tumidus. quibusdam superstitionibus deditus. italiam specie religionis adgressus. Inde turpiter eiectus dalmatiam pannoniam noreiamque adorsus. quedam nostre saluti ualde contraria periculose sub nomine predestinationis pestiferis dictis et scriptis adstruens. in presentia hludouuici germanorum regis episcopali concilio detentus. atque conuictus. tandem ad diocesem suam urbem metropolim remorum durocortorum nomine cui igmarus uir uenerabilis presidet redire compellitur. quatinus illic dignum sue perfidie strennuissimus cultor karolus aduocato sanctorum memorate dioceseos episcoporum conuentu suis aspectibus presentari decreuit. Quo perductus publice flagellatus. librosque suarum assertionum igni cremare compulsus est. Hludouuicus et karolus germani ka-

in fluuium icauinam detulerit. Sed et quod est mirabi lius, quandam uineam cum terra uitibus et arboribus omnibus in nullo disruptam ita ut erat solidam a parte icaunę fluminis in alteram eiusdem fluuii partem transposuerit, ac si in eodem agro naturaliter fuerit. Mense augus to saraceni maurique tiberi romam adgressi, basilicam beati petri apostolorum principis deuastantes, ablatis cum ipso altari quod tumnę memorati apostolorum princi- pis superpositum fuerat, omnibus ornamentis atque theauris, quendam montem centum ab urbe milibus munitissimum occupant. Quos quidam dudum hlotharii minus reli- giose adorsi atque deleti sunt. Pars autem hostium ecclesiam beati pauli apostoli adiens, a capaniensibus oppressa prorsus interfecta est. Hludouuicus rex ger mannorum aduersus sclauos profectus, tam intestino suorum conflictu, quam hostium uictoria conterritus re- uersus est. Hludouuicus lotharii filius rex italiae cum saracenis pugnans, uictus inx romam peruenit. **d cccxlvii**. Legati ab dirhaman regis saracenorum a corduba hispanię, ad karolum pacis petendę fęderisque firmandi gratia ueniunt.Quos apud reinorum duro cortorum decenter et suscepit et absoluit. Bodo qui ante annos aliquot christiani ueritate derelicta ad iudeorum perfidiam concesserat, in tantum mali profecit, ut in omnes christianos hispanię degentes tam regis quam gentis sara- cenorum animos concitare studuerit, quatenus aut re- licta christianę fidei religione ad iudęorum insaniam saracenorumue, dementiam in se conuerterent; aut certe omnes interficerentur. Super quo omnium illius regni christianorum peticio ad karolum regem regnique sui episcopos ceterosque nostrę fidei ordines lacrimabiliter missa est, ut memoratus apostatare posceretur, ne diutius christi anis illic uersantibus aut impedimento aut neci foret. Dani partem inferioris gallię quam brittones incolunt adeuntes, ter cum eisdem bellantes superant, nome- nogiusque uictus cum suis fugit. Dein legatos muneribus a suis eos sedibus amouit. Sergius romanus pontifex VI kalendas februarii defungitur, et leo in eius locum eligitur. Sara ceni oneratis thesaurorum multitudine quas ex basili ca beati petri apostoli asportarant nauibus redire conati, cum inter nauigandum deo et domino nostro illum christo eiusque apostolis ore pestifero derogarent, orto repente ineuita- bili turbine, conlisis in sese nauibus omnes pereunt. Quędam thesaurorum in sinibus defunctorum quos mare litoribus reiecerat inuenta, ad beati petri apostoli me- moriam reuehuntur. Scotti a nortmannis per annos plurimos impetiti, tributarii efficiuntur, insulis circumquaque positis nullo resistente potiti immo- rantes. Hlotharius, hludouuicus, et karolus lega- tos ad oric danorum regem destinant, mandantes ut suos christianorum infestationibus cohiberet. Sin alias, bello se impetendum nullatenus dubitaret, ea tem-

pestate mauri et saraceni beneuentum inuadunt, et usque ad romana confinia populantur. Dani aquitanię maritima impetunt, et p̄dantur, urbemque burdegalam diu oppugnant. Alii quoque danorum emporium quod dorestadum dicitur, et insulam batauum occupant atque obtinent. Hludouuici germannorum regis exercitus aduersus sclauos pro- spere dimicant, ita ut quod ante annum ex eis emise- rat, reciperit. **d cccxlviii**. Sclaui in regnum hludouuici hostiliter irruentes, ab eo in christi nomine superantur. Karolus notmannorum burdegalam obpugnantium partem adgressus, uiriliter superat. Exercitus hlotharii contra saracenos benentum obtinentes dimicans uictor efficitur. Dani burde- galam aquitanię iudęis prodentibus captam depopula- tamque incendunt. Aquitani desidia inertiaque pip- pini, coacti karolum petunt; atque in urbe aurelia- norum omnes pene nobiliores cum episcopis et abbatibus in regem eligunt. Sacroque crismate delibutum et be- nedictione episcopali solempniter consecrant. Pyratę grecorum massiliam prouintię nullo obsistente uastan- tes, inpune recedunt. Nordmanni metallum uicum populantes, incendio tradunt. Scotti super nordmannos irruentes, auxilio domini nostri ihesu christi uictores, eos a suis finibus propellunt. Vnde et rex scottorum ad karolum pacis et amicitię gratia legatos cum muneribus mittit, uiam sibi petendi romam concedi deposcens. Mauri denuo beneuentum inuadunt. Guilhelmus filius bernardi imperium et barcinonam dolo magis quam ui capit. DCCCXLVIIII. Hlotharius et karolus senioribus usi consiliis, in pacem germanamque concordiam redeunt. Apud galliam XIII kalendas martii nocti sequenti ~~er~~clericis nocturnas p̄ces domino soluentibus, terręmotus ualidę sed nullaque libet edificiorum ruina facta est. Godesscalcus gallus quidam monasterii orbacensis, parroechię suessoni- cę monachus et presbiter scientia tumidus, quibusdam supersticionibus deditus, italiam specie religionis ad- gressus. Inde turpiter electus dalmatiam pannoniam noreiamque adorsus, quędam nostrę saluti ualde con- traria p̄cipue sub nomine p̄destinationis pesti- feris dictis et scriptis adstruens, in p̄sentia hludo- uuici germanorum regis episcopali concilio detentus, atque conuictus, tandem ad diocese ossuę urbem metropolim remorum durocortorum nomine cui igmarus uir uenerabilis p̄sidet redire compellitur, quatinus illic dignum suę perfidię strennuissimus cultor karolus aduocato sanctorum memorate di- oceseos episcoporum conuentu suis aspectibus prae- sentari decreuit. Quo perductus publice flagel- latus, librosque suarum assertionum igni cremare com- pulsus est. Hludouuicus et karolus germana ka-

ritate conuenientes. tanto amoris fraterni uinculo
deuincti paruerunt. ut alter alteri baculos publice
tribuendo regnum. uxorem. et liberos superstiti com-
mendaret. Karolus aquitaniam adgreditur.
Nomenoius britto consueta perfidia. andegauis et
uicina eis circumquaque loca inuadit. Nordman-
ni petrocorium aquitaniae ciuitatem populantes in-
cendunt. atque inpune adnaues remeant. Mauri
et saraceni lunam italiae ciuitatem adpredantes. nul-
lo obsistente maritima omnia usque adprouintiam
deuastant. Karolus filius pippini relicto hlothario.
fratrem suum pippinum inaquitania uagantem adire
cupiens. afidelibus karoli regis conprehensus est. et adeius
presentiam perductus est. qui merito perfidiae ineundem
patruum suum et patrem exfonte sacro sententiam quidem
capitalem meruerat. sed clementiae respectu seruatus est.
Unde et mense iunio apud urbem carnutum karolo rege
conuentum habente post missarum sollempnia ambone
ecclesiae conscendens. innotuit omnibus uoce propria
seobdiuinae seruitutis amorem clericum nullo cogen-
te uelle fieri. ibique abepiscopis qui presentes aderant. be-
nedictus et adclericum tonsus est. hludoicus rex ger-
mannorum egrotans. exercitum suum insclauos dirigit.
qui turpiter profligatus. quid dispendii sibi absentia
ducis intulerit. cadendo fugiendoque expertus est.
Karolus aquitaniam ingressus. pene omnes christo sibi
propitio conciliando subiugat. marcam quoque hispa-
niam proarbitrio disponit. Nomenogius britto
consueta sibi insolentia bachatus est. DCCCL.
Guilhelmus bernardi filius inmarca hispanica ale-
dramnum et isembardum comites dolo capit. sed ipse
dolosius captus et apud barcinonem interfectus est.
Mauri usque adarelatum nullo obsistente cuncta de-
uastant. Sed cum redirent uento contrario
reiecti et interfecti sunt. Hlotharius filium suum
ludoicum romam mittit. Qui a leone papa ho-
norifice susceptus. et in imperatorem unctus est.
Orich rex nordmannorum impugnantibus sese duobus
nepotibus suis bello impetitur. Quibus particione
regni pacatis. rorich nepos herioldi qui nuper ahlo-
thario defecerat. adsumptis normannorum exercitibus
cum multitudine nauium. fresiam et batauum insulam.
aliaque uicina loca perrenum et uahalem deuastat.
Quem hlotharius cum conprimere nequiret. infidem
recepit eique dorestadum et alios comitatus largitur.
Ceterorum uero pars. menapios taruisios aliosque mariti-
mos depredantur. pars brittaniam insulam anglosque
impetentes. abeis auxilio domini nostri ihesu christi superantur.
DCCCLI. Nomenogius britto moritur. Hlotharius.
hludouuicus. et karolus apud marsnam palatium
conueniunt. ubi etiam fraterne paucis diebus morati.
hec communi procerum suorum consilio atque consensu

v. t. 2. du chesne fol. 907

decernunt. propriorumque nominum monogrammatibus con-
firmant. CAP. I. Ut omnium preteritorum malorum
et contrarietatum. et subplantationum ac malorum machina-
tionum seu nocimentorum inuicem actorum obolitio. ita inter
nos fiat et anris cordibus penitus auellatur cum omni
malicia et rancore. ut nec inmemoriam adretributionem
mali uel contrarietatis uel improperii de cetero exinde
quiddam fiat. II. Ut tanta inter nos domino cooperante
uerae karitatis benignitas abhinc semper maneat. de corde
de puro et conscientia bona et fide nonficta sine dolo
et simulatione. ut nemo suo pari suum regnum aut suos
fideles uel quod adsalutem et prosperitatem ac honorem
regium pertinet discupiat. aut fors consiliet. aut poc
cultos susurrones libenter composita mendatia seu detrac-
tiones acceptet. III. Unusquisque fideliter suum parem
ubicumque necessitas fuerit. et ipse potuerit aut perse. aut
perfilium aut perfideles suos et consilio et auxilio adiuuet.
ut regnum fideles prosperitatem atque honorem regium debite
ualeat obtinere. et ueraciter unusquisque erga alterum
certatim demonstret quia infratris sui aduersitate
si euenerit fraterno modo contristatur. et inprosperitate
illius letatur. et talem fidem sicut inter nos modo
abhinc inante conuersaturos confirmatum habemus.
sic unusquisque infantibus fratris sui siobierit. qui super
fuerit conseruabit. IIII. Et quia peruagos et inreue-
rentes homines pax et tranquillitas regni perturbari
solet. uolumus ut adquemcumque nostrum talis uenerit.
et de his que egit rationem et iusticiam subterfugere uelit.
nemo exnobis illum ad aliud recipiat uel retineat.
nisi ut adrectam rationem et debitam emendationem perdu-
catur. et si rationem rectam subterfugerit omnes incom-
mune in cuius regnum uenerit illum persequamur. do-
nec aut adrationem perducatur. aut de regno deleatur.
V. Similiter et de eo agendum est. perquo aliquo ca-
pitali et publico crimine aquolibet episcopo corripitur.
uel excommunicationem crimen faciens regnum et regis re-
gimen mutat ne debitam penitentiam suscipiat. aut
susceptam legitime peragat. Interdum etiam incestam pro-
pinquam suam aut scimonialem uel raptam siue adulteram
quam illic ei non licebat habere fugiens secum duxit. hic talis cum episcopus
adcuius curam pertinebit nobis notum fecerit. diligenter perquiratur
ne morandi uel latendi locum inregno alicuius nostrum
inueniat. et dei ac nostros fideles suo morbo inficiat.
sed anobis uel perministros rei publicae constringatur.
ut et simul cum diabolica preda quam secum duxit
adepiscopum suum redeat. et decumque crimine publico
debitam penitentiam suscipiat. aut susceptam legiti-
me peragat compellatur. VI. Ut nostri fideles unus-
quisque inordine et statu. ueraciter sint de nobis se-
curi. quia nullum abhinc inante contra legem et iusti-
ciam auctoritatem ac iustam rationem aut dampnabimus
aut dehonorabimus. aut obprimemus uel indebitis

ritate conuenientes, tanto amoris fraterni uinculo deuicti patuerunt, ut alter alteri baculos publice tribuendo regnum, uxorem, et liberos superstiti commendaret. Karolus aquitaniam adgreditur. Nomenoius britto consueta perfidia, andegauis et uicina eis circumquaque loca inuadit. Nordmanni petrocorium aquitanię ciuitatem populantes incendunt, atque inpune ad naues remeant. Mauri et saraceni lunam italię ciuitatem adpredantes, nullo obsistente maritima omnia usque ad prouintiam deuastant. Karolus filius pippini relicto hlothario, fratrem suum pippinum in aquitania uagantem adire cupiens, a fidelibus karoli regis compraehensus est; et ad eius p̄sentiam perductus est, qui merito perfidię in eundem patruum suum et patrem ex fonte sacro sententiam quidem capitalem meruerat, sed clementię respectu seruatus est. Vnde et mense iunio apud urbem carnutum karolo rege conuentum habente post missarum solempnia ambone ecclesię conscendens, innotuit omnibus uoce propria se ob diuinę seruitutis amorem clericum nullo cogente uelle fieri, ibique ab episcopis qui p̄sentes aderant, benedictus et ad clericum tonsus est. Hludoicus rex germannorum egrotans, exercitum suum in sclauos dirigit, qui turpiter profligatus, quid dispendii sibi absentia ducis intulerit, cadendo fugiendoque expertus est. Karolus aquitaniam ingressus, pene omnes christo sibi propitio conciliando subiugat, marcam quoque hispanicam, pro libitu disponit. Nomenogius britto consueta sibi insolentia bachatus est. **d cccl**. Guilhelmus bernardi filius in marca hispanica aledrannum et isembardum comites dolo capit, sed ipse dolosius captus et apud barcinonem interfectus est. Mauri usque ad arelatum nullo obsistente cuncta deuastant. Sed cum redirent uento contrario reiecti et interfecti sunt. Hlotharius filium ludoicum romam mittit. Qui a leone papa honorifice susceptus, et in imperatorem unctus est. Orich rex nordmannorum impugnantibus sese duobus nepotibus suis bello impetitur. Quibus particione regni pacatis, rorich nepos herioldi qui nuper a hlothario defecerat, adsumptis nortmannorum exercitibus cum multitudine nauium, fresiam et batauum insulam, aliaque uicina loca per renum et uahalem deuastat. Quem hlotharius cum comprimere nequiret, in fidem recepit eique dorestadum et alios comitatus largitur. Cęterorum uero pars, menapios taruisios aliosque maritimos depraedantur, pars brittaniam insulam anglosque impetentes, ab eis auxilio domini nostri ihesu christi superantur. **d cccli**. Nomenogius britto moritur. Hlotharius, hludouuicus et karolus apud marsnam palatium conueniunt, ubi etiam fraterne paucis diebus morati, hęc communi procerum suorum consilio atque consensu

v. t. 2. du chesne fol 408

decernunt propriorumque nominum monogrammatibus confirmant. CAP. I. Ut omnium preteritorum malorum et contraiectatum et subplantationum ac malorum machinationum seu nocimentorum in inuicem actorum obolitio, ita inter nos fiat et a nostris cordibus penitus auellatur cum omni malicia et rancore, ut nec in memoriam ad retributionem mali uel contrarietatis uel improperii de cetero exinde quiddam fiat. II. Ut tanta inter nos domino cooperante uerę karitatis benignitas abhinc semper maneat, de corde puro et conscientia bona et fide non ficta sine dolo et simulatione, ut nemo suo pari suum regnum aut suos fideles uel quod ad salutem et prosperitatem ac honorem regium pertinet discupiat, aut fors consiliet, aut per occultos susurrones libenter composita mendatia seu detractiones acceptet. III. Unusquisque fideliter suum parem ubicumque necessitas fuerit, et ipse potuerit aut per se, aut per filium aut per fideles suos et consilio et auxilio adiuuet, ut regnum fideles prosperitatem atque honorem regium debite ualeat obtinere, et ueraciter unusquisque erga alterum certatim demonstret quia in fratris sui aduersitate si euenerit fraterno modo contristatur, et in prosperitate illius lętatur, et talem fidem sicut inter nos modo abhinc in ante conuersaturos confirmatum habemus, sic unusquisque infantibus fratris sui si obierit, qui super fuerit conseruabit. IIII. Et quia per uagos et inreuerentes homines pax et tranquillitas regni perturbari solet, uolumus ut ad quemcumque nostrum talis uenerit; et de his quę egit rationem et iusticiam subter fugere uelit, nemo ex nobis illum ad aliud recipiat uel retineat, nisi ut ad rectam rationem et debitam emendationem perducatur, et si rationem rectam subterfugerit omnes in commune in cuius regnum uenerit illum persequamur, donec aut ad rationem perducatur, aut de regno deleatur. V Similiter et de eo agendum est, pro quo aliquo capitali et publico crimine a quolibet episcopo corripitur, uel excommunicationem crimen faciens regnum et regis regimen mutat ne debitam pęnitentiam suscipiat, aut susceptam legitime peragat. Interdum etiam incestam propinquam suam aut sanctimonialem uel raptam siue adulteram quam illic ei non licebat habere fugiens secum duxit hic talis cum episcopus ad cuius curam pertinebit nobis notum fecerit, diligenter perquiratur ne morandi uel latendi locum in regno alicuius nostrum inueniat, et dei ac nostros fideles suo morbo inficiat, sed a nobis uel per ministros reipublicę constringatur, ut et simul cum diabolica pręda quam secum duxit ad episcopum suum redeat, et decumque crimine publico debitam pęnitentiam suscipiat, aut susceptam legitime peragat compellatur. VI. Ut nostri fideles unusquisque in ordine et statu, ueraciter sint de nobis securi, quia nullum abhinc inante contra legem et iusticiam auctoritatem ac iustam rationem aut dampnabimus aut dehonorabimus, aut obprimemus uel indebitis

machinationib: afflig[er]imus. & illoru scilicet [et] ueraciter nobis fideliu comuni consilio sc(un)d(u)m di uoluntate & comune sacramentum ad restitutione s(an)c(t)e di ecclesiae & statu regni. & ad honorem regiu atq: pace populi comissi nobis p(er)tinenti. assensum p(re)bebimus in hoc. ut illi non solu non sint nobis contradicentes & resistentes ad ista exsequenda. uerum etia sic sint nobis fideles & oboedientes ac ueri adiutores ac cooperatores uero consilio & sincero auxilio ad ista p(er)agenda quae premisimus sicut p(re)cectum unusquisq: in suo ordine & statu suo principi & seniori esse debet. uiij

Ut sic simul coniuncti & nos fr(atr)es ad inuice & nos cu fidelib: n(ost)ris & fideles n(ost)ri nobiscu & om(ne)s simul cu domno nostro coniungamus. & ut nobis sit propicius illi p(ro) deuoto munere offeramus. ut unusquisq: omniu n(ost)r(u)m absq: sua p(ro)prie excusatione aut iustificatione recognoscam(us). in quibus aut singillati aut communit(er) contra illius mandata & decreta suorum fecimus aut consensimus. in ordine ecclesi astico & statu regni. & p(er) singula inmedi um illa p(ro)ducamus. & nemo n(ost)r(u)m suo aut amico aut p(ro)pinquo uel considerato immo nec sibi ipsi seculariter parcat. ut spiritualit(er) & salubrit(er) parcere possit. quin sicut p(re)misimus in p(re)cedenti capitulo uero consilio & sincero auxilio illa in comune certatim em(en)dare totis uiribus p(ro)curemus. quantocius racionabilit(er) poterimus. uiij

Et si aliquis ex subditis in quocumq: ordine & statu de hac conuenientia exierit aut se retraxerit uel hui(us) comuni decreto contra dixerit. seniores cu ueracit(er) fidelibus suis hec sc(un)d(u)m di uoluntate & legem ac iustam ratione uelit nolit ille qui diuino consilio & decreto & huic conuenientie resistens & contradicens fuerit exsequant(ur). Et si aliquis de seniorib: de hac conuenientia exierit aut se retraxerit. c(om)plures seniorum n(ost)rorum fideles & regnoru primores conuenerint in unum eos qui hec obseruauerint seniorũ consilio & ep(iscop)orum iudicio ac comuni consensu qualit(er) de eo qui debite ammonit(us) incorrigibilis p(er)seuerauerit agendu sit. fauente d(omi)no decernemus. & ut obnoxius supra dic ta capitula a nobis auxiliante d(omi)no inuiolabilit(er) obseruent(ur) & nos illa obseruaturos certius credatis. manib: p(ro)p(r)iis subter firmauimus.

Post hec pyrate danorum fresiam & batauos populantur. Sed & usq: ad monasteriu s(an)c(t)i bauonis quod gant dicunt dibachantes idem monasteriu incendunt. Uenientesq: urbem rotumum. usq: ad beluacu pedestri gradu p(er)ueniunt. Qua incensa. cum redirent int(er)cepti a n(ost)ris & aliqua ex parte p(ro)fligati sunt. Respogius filius nomenogii ad karolu ueniens in urbe andegauorum datis manib: suscipitur. & tam regalib: indumentis qua paterne potestatis dicione donatur. additis insup ei redonib: namnetis & ratense. Saraceni beneuentum & alias ciuitates. quieta statione possident. Ludoic(us) rex sclauos pene om(ne)s populatur. & sue subiugat dicioni. Leo apostolic(us) saracenoru inruptiones metuens. ecclesiam beati petri hinc inde muro comuniens. eundem muru usq: ad ciuitate p(ro)ducit. romaneq: urbi contiguum efficit.

DCCCLII. Nortmanni cc.lii. nauib: fresiam adeunt. Acceptisq: multis prout ipsi statuerunt. ad alia diuertunt. Mauri barcinona iudeis p(ro)dentib: capiunt. Interfectisq: pene omnibus x(christ)ianis. & urbe uastata impune redeunt. Karolus fratre hlothariu ad sui conloquium inuitans. apud augusta uiromandorum que beati quintini martyris corpore insignitur. fraterne suscepit. honorifice afficit. germane tractat. regalit(er) munerat. redeuntemq: benigne deducit. Lantbertus & guarnarius fr(atre)s pars uel maxima discordiaru. alt(er) dolo alter iudicio int(er)ficiunt(ur). Salomon britto. karolo fidelis efficitur. Tercia que brittanie parte donatur. Sancius comes uasconie pippinu pippini filiu capit. & usq: ad p(re)sentia karoli seruat. Quem karolus captu in franciam ducit. ac post conloquiu hlotharii in monasterio s(an)c(t)i medardi apud suessiones tonderi iubet. Ludouicus hlotharii filius beneuentu adiens. barram ciuitate obpugnat. interruptoq: muro pessimis usus consiliis accepto relisit. Nam dicentib: consiliariis suis magna illic e(ss)e partem thesaurorum qua penitus fraudaretur. si passim omnib: copia daretur intrandi. in castra sese recipit. p(ro)hibitos omnib: ab inruptione urbis. Quib: recedentib:. mauri ita noctu muri int(er)rupta trabibus muniunt. Ut ueni entem in crastinu hostem nullatenus formident.

Proinde incassum tanto labore deducto. Ludoic(us) cum exercitu suo ad p(ro)pria remeat. Abdirham rex saracenoru in hispania consistentiu. cordube moritur. regnuq: eius filius ipsius adsequitur. Godefridus herioldi dani filius qui quondam sub imperatore ludouuico mogontiaci fuerat baptizatus. a lothario deficiens ad suos se confert. Unde conrogata manu ualida. fresiam cum multitudine nauium adgredit(ur). Deinde uicinia scaldis fluminis. Ad postremum ingreditur. Quo occurrentib: lothario & karolo cu omni suo exercitu. utramq: ripam eiusde(m) fluminis obsident. DCCCLIII. In qua obsidione. dominice natiuitatis festiuitate celebrant. Sed nolentibus qui ex parte karoli erant inire bellu. absq: utilitate recessum est. Karolus eundem godefridum quibusdam pactionibus sibi conciliat. Ceteri danoru usq: ad mensem martiu inibi absq: ulla formidine residens. cuncta eo furiosius quo liberius diripiunt. cremant atq: captiuant. Lothariusq: filia karoli a sacro fonte suscipit. & post paucos dies ad sua

machinationibus affligemus, et illorum scilicet ueraciter nobis fidelium communi consilio secundum dei uoluntatem et commune saluamentum ad restitutionem sanctę dei ecclesiae et statum regni, et ad honorem regium atque pacem populi commissi nobis pertinenti, assensum praebebimus in hoc, ut illi non solum non sint nobis contradicentes et resistentes ad ista exsequenda, uerum etiam sic sint nobis fideles et oboedientes ac ueri adiutores ac cooperatores ue ro consilio et sincero auxilio ad ista peragenda quae pręmisimus sicut per rectum unusquisque in suo ordine et statu suo principi et seniori esse debet. VII. Vt sic simul coniuncti et nos fratres adinuicem et nos cum fidelibus nostris et fideles nostri nobiscum et omnes simul cum domno nostro coniungamus, et ut nobis sit propicius illi pro deuoto munere offeramus, ut unusquisque omnium nostrum absque sua proprię excusatione aut iustificatione recognoscamus, in quibus aut singillatim aut communiter contra illius mandata et decreta suorum fecimus aut consensimus, in ordine ecclesi astico et statu regni, et per singula in medium illa producamus, et nemo nostrum suo aut amico aut propinquo uel considerato immo nec sibi ipsi sęculariter parcat, ut spiritualiter et salubriter parcere possit, quin sicut pręmisimus in praecedenti capitulo uero consilio et sincero avxilio illa in commune certatim emendare totis uiribus procuremus, quantocius racionabiliter poterimus. VIII. Ut si aliquis ex subditis in quocumque ordine et statu de hac conuenientia exierit aut se retraxerit uel huius communi decreto contradixerit, seniores cum ueraciter fidelibus suis hęc secundum dei uoluntatem et legem ac iustam rationem uelit nolit ille qui diuino consilio et decreto et huic conuenientię resistens et contradicens fuerit exsesquantur. Et si aliquis de senioribus de hac conuenientia exierit aut se retraxerit, complures seniorum nostrorum fideles et regnorum primores conuenerint in unum eos qui hęc obseruauerint seniorum consilio et episcoporum iuditio ac communi consensu qualiter de eo qui debite ammonitus incorrigibilis perseuerauerit agendum sit; fauente domino decernemus, et ut obnixius supradicta capitula a nobis auxiliante domino inuiolabiliter obseruentur et nos illa obseruaturos cercius credatis, manibus propriis subter firmauimus.

Post hęc pyratę danorum fresiam et batauos populantur. Sed et usque ad monasterium sancti bauonis quod gant dicunt dibachantes idem monasterium incendunt. Gant Venientesque urbem rotumum, usque ad beluacum pedestri gradu perueniunt. Qua incensa, cum redirent intercepti a nostris et aliqua ex parte profligati sunt. Respogius filius nomenogii ad karolum ueniens in urbe andegauorum datis manibus suscipitur, et tam regalibus indumentis quam paternę potestatis dicione donatur, additis insuper ei redonibus namnetis et ratense. Saraceni beneuentum et alias ciuitates, quieta statione possident. Ludoicus rex sclauos pene omnes populatur, et suę subiugat dicioni. Leo apostolicus saracenorum inruptiones metuens, ecclesiam beati petri hinc inde muro communiens. Eundemque murum usque ad ciuitatem perducit, romanęque urbi contiguum efficit. **DCCCLII**. Nortmanni CC. LII. nauibus fresiam adeunt. Acceptisque multis prout ipsi statuerunt, ad alia diuertunt. Mauri barcinoniam iudęis prodentibus capiunt. Interfectisque pęne omnibus christianis, et urbe uastata impune redeunt. Karolus fratrem hlotharium ad sui conloquium inuitans, apud augustam uiromandorum quę beati quintini martyris corpore insignitur, fraterne suscepit, honorifice afficit germane tractat, regaliter munerat, redeuntemque benigne deducit. Lantbertus et guarnarius fratres pars uel maxima discordiarum, alter dolo alter iuditio interficiuntur. Salomon britto, karolo fidelis efficitur. Tercia quę brittannię parte donatur. Sancius comes uasconię pippinum pippini filium capit, et usque ad praesentiam karoli seruat. Quem karolus captum in frantiam ducit, ac post conloquium hlotharii in monasterio sancti merdardi apud suessiones tonderi iubet. Lodouicus hlotharii filius beneuentum adiens, bairam ciuitatem obpugnat, interruptoque muro pessimis usus consiliis a cepto relisit. Nam dicentibus consiliariis suis magnam illic esse partem thesaurorum qua penitus fraudaretur, si passim omnibus copia daretur intrandi, in castra sese recipit, prohibitos omnibus ab inruptione urbis. Quibus recedentibus, mauri ita noctu muri interrupta trabibus muniunt. Vt uenientem in crastinum hostem nullatenus formident. Proinde incassum tanto labore deducto. Ludoicus cum exercitu suo ad propria remeat. Abdirham rex saracenorum in hispania consistentium, cordube moritur, egnuque eius filius ipsius adsequitur. Godefridus herioldi dani filius qui quondam sub imperatore ludouuico maogontiaci fuerat baptizatus, a lothario deficiens ad suos se confert. Vnde conrogata manu ualida, fresiam cum multitudine nauium adgreditur. Deinde uicinia scaldis fluminis. Ad posttremum in greditur. Quo occurrentibus lothario et karolo cum omni suo exercitu, utramque ripam eiusdem fluminis obsident. DCCCLIII. In qua obsidione, dominicę natiuitatis festiuitatem celebrant. Sed nolentibus qui ex parte karoli erant inire bellum, absque utilitate recessum est. Karolus eundem godefridum quibusdam pactionibus sibi conciliat. Cęteri danorum usque ad mensem martium inibi absque ulla formidine residens, cuncta eo furiosius quo liberius diripiunt, cremant atque captiuant. Lothariusque filiam karoli a sacro fonte suscipit, et post paucos dies ad sua

remeare contendit. Dani mense iulio felicta sequana ligerim adeuntes namnetum urbem et monasterium sancti florentii ac uicina loca populantur. Karolus mense aprili synodum episcoporum iuxta urbem suessionum in monasterio sancti medardi adgregans duos presbiteros monachos eiusdem monasterii ipse synodo presidens episcopis iudicantibus degradari fecit eo quod pippinum furari et cum eo in aquitaniam fugere disposuissent. Ingmarus remorum episcopus omnes ecclesie sue presbiteros diaconos et subdiaconos quoscumque ebo post depositionem suam ordinauerat synodo iudicante disposuit. Pippinus karolo sacramentum fidelitatis iurat et insuper habitum monachi suscipit regulaeque obseruationem more monachi solito promittit. Karolus inde ad carisiacum ueniens cum quibusdam episcopis et abbatibus monasteriis quattuor capitula edidit et propria subscriptione roborauit. Quorum primum est. Adam neminem predestinatum ad penam unamque dei esse predestinationem que aut ad donum pertinet gratie aut ad retributionem iustitie. Secundum. liberum arbitrium quod in primo ordine perdidimus nobis preueniente et adiuuante christi gratia redditum. Tertium. uelle deum generaliter omnes homines saluos fieri licet non omnes saluentur. Quartum. christi sanguinem pro omnibus fusum licet non omnes passionis mysterio redimantur. Aquitani pene omnes a karolo recedunt atque ad ludouuicum regem germanie legatos sue deditionis cum obsidibus mittunt. Idem ludouuicus pro quibusdam conditionibus tempore perturbationum inter se et karolum factis aduersus karolum acrius promouetur. Guinedes contra ludouuicum solitis sibi perfidiis mentiuntur. Lotharius imperator defuncta ante biennium ermengarda christianissima regina duas sibi ancillas ex uilla regia copulauit. Ex quarum altera doda uocabulo filium generat quem karlomannum uocari iubet. Aliique filii eius similiter adulteriis inseruiunt. Idem pyrate danorum anamnetibus superiora petentes mense nouembri vi uidelicet idus urbem turonum impune adeunt atque incendunt cum ecclesia sancti martini et ceteris adiacentibus locis. Sed quia euidenti certitudine hoc prescitum fuerat corpus beati martini ad cormaricum monasterium eiusdem ecclesie ad ciuitatem aurelianorum transportati sunt. Bulgari sociatis sibi sclauis et ut fertur auris muneribus inuitati aduersus ludouuicum germanie regem acriter promouentur sed domino pugnante uincuntur. Greci uero non minus contra ludouuicum filium lotharii regem italie concitantur propter filiam imperatoris constantinopolitani ab eo desponsatam sed ad eius nuptias uenire differentem. Romani quoque arratis saracenorum maurorumque incursionibus obsui defensionem omnino neglectam apud imperatorem lotharium conquiruntur. DCCCL. Karolus super fratris sui ludouici fide suspectus ad lotharium in uico leuiaco uenit. Ubi diu de communi amicitia atque indissolubili tractantes tandem coram omnibus qui aderant itemidem super sancta iurando uicissim firmauerunt commendatis alternatim filiis proceribus et regnis. Inter ludouuicum adulescens filius ludouici regis germanorum ab aquitanis a patre expetitus ligerim transit et ab eis a quibus fuerat postulatus excipitur. Karolus profectionem in aquitaniam tempore quadragesime celebrat in qua usque paschalem festiuitatem demoratur. Eiusque populus perditis incendiis hominumque captiuitatibus totum sui laborem impendit. ne ab ipsis ecclesiis et altaribus dei suam cupiditatem aut audaciam cohibet. Lotharius fratrem suum ludouicum suspectum de fraternitate erga karolum alloquitur. Sed prius acriter sese mordentes tandem ad concordiam redeunt pacisque nomine federantur. Unde non modice karolus sollicitus ab aquitania nullo pacto negotio repedans fratrem lotharium ad palatium suum attiniacum inuitat. Quo conuenientes quod dudum pepigerant firmauerunt. Dani in ligere consistentes usque ad blisum castrum ueniunt. ipsumque incendunt uolentes inde aurelianis peruenire eadem patraturi. Preparantibus uero aduersus eos nauigia et bellatores episcopo aurelianensium agio et carnutum burchardo ab intentione desistunt et inferiora ligeris repetunt. Alii quoque pyrate danorum fresiam saxonie adiacentem populantur. Lotharius et karolus legatos ad fratrem ludouicum pro pacis concordia. et ut filium suum ab aquitania reuocet dirigunt. Karolus iterum aquitaniam adit. Pippinus pippini filius qui in monasterio sancti medardi tonsus habitum monachi susceperat et iuramentum permansionis fecerat aquitaniam ingreditur. parsque maxima populi terre ad eum conuolat. Karolus rex pippini causam post habitam ludouuicum nepotem ab aquitania fugientem ad patrem in germaniam redire compellit. Karlus pippini frater iam diaconus ordinatus a corbeiensi monasterio recedit. Karlus rex karlomannum filium suum tonsura ecclesiastica dedicat. Dani inter se intestino proelio dimicantes adeo triduo conceptatione obstinatissima bachati sunt ut orico rege et ceteris cum eo infectis regibus pene omnis nobilitas interierit. Pyrate nordmannorum ligere insistentes denuo ciuitatem andegauorum incendio concremant. DCCCLI.

Lotharius totam fresiam filio suo lothario donat. Unde roric et godefridus patrui idem danorum repedant spe potestatis regie nanciscende. Lotharius infirmatur. Qua de re occasio data est ludoico et karlo fratribus ad concordiam redeundi. Normanni burdegalam aquitanie ciuitatem inuadunt et haec illacque pro libitu peruagantur. Karlus aquitanis petentibus karlum filium suum regem designatum adtribuit. Karlus etiam edilulfum regem anglorum saxonum romam properantem honorifice suscepit omni regio habitu donat et usque ad regni sui terminos cum obsequiis rege dignis deduci facit. Lotharius aduersus karlum occasione suspectus

remeare contendit. Dani mense iulio relicta sequana ligerim adeuntes, namnetum urbem et monasterium sancti florentii ac uicina loca populantur. Karolus mense aprili synodum episcoporum iuxta urbem suessionum in monasterium sancti medardi adgregans, duos presbisteros monachos eiusdem monasterii ipse synodo praesidens episcopis iudicantibus degradari fecit, eo quod pippinum furari et cum eo in aquitaniam fugere disposuissent. Ingmarus remorum episcopus omnes ecclesię suę presbiteros diaconos et subdiaconos, quoscumque ebo post depositionem suam ordinauerat, sinodo iudicante disposuit. Pippinus karolo sacramentum fidelitatis iurat, et insuper habitum monachi suscipit, regulęque obseruationem more monachi solito promittit. Karolus inde ad carisiacum ueniens, cum quibusdam episcopis et abbatibus monasticis quattuor capitula edidit, et propria subscriptione roborauit. Quorum primum a deo neminem predestinatum ad pęnam, unamque dei esse prędestinationem, quę aut ad donum pertinet gratię, aut ad retributionem iusticię. Secundum, liberum arbitrium quod in primo ordine perdidimus, nobis praeueniente et adiuuante christi gratia redditum. Tercium uelle deum generaliter omnes homines saluos fieri, licet non omnes saluentur. Quartum, christi sanguinem pro omnibus fusum, licet non omnes passionis mysterio redimantur. Aquitani pęne omnes a karolo recedunt, atque ad ludouuicum regem germanię legatos suę deditionis cum obsidibus mittunt. Idest ludouuicus pro quibusdam conditionibus tempore perturbationum inter se et karolum factis aduersus karolum acriter permouetur. Guinedes contra ludouuicum solitis sibi perfidiis mentiuntur. Lotharius imperator defuncta ante biennium ermengarda christianissima regina, duas sibi ancillas ex uilla regia copulauit. Ex quarum altera doda uocabulo filium generat, quem Karlomannum uocari iubet. Aliique filii eius similiter adulteriis inseruiunt. Idest pyratę danorum a namnetibus superiora petentes, mense nouembri VI uidelicet idus, urbem turonum impune adeunt; atque incendunt cum ecclesia sancti martini et ceteris adiacentibus locis. Sed quia euidenti certitudine hoc pręscitum fuerat, corpus beati martini ad cormaricom monasterium eius ecclesię ad ciuitatem aurelianorum transportati sunt. Bulgari sociatis sibi sclauis et ut fertur a nostris muneribus inuitati aduersus lodouuicum germanię regem acriter promouentur, sed domino pugnante uincuntur. Greci uero non minus contra ludouuicum filium lotharii regem italię concitantur, propter filiam imperatoris constantinopolitani ab eo desponsatam, sed ad eius nuptias uenire differentem. Romani quoque artati saracenorum maurorumque incursionibus, ob sui defensionem omnino neglectam, apud imperatorem lotharium conquiruntur. **DCCCLIIII.** Karolus super fratris sui ludoici fide suspectus, ad lotharium in uico leutico uenit. Vbi diu de communi amicitia atque indissolubili tractantes, tandem coram omnibus qui aderant itentidem super sancta iurando uicissim firmauerunt, commendatis alternatim filiis proceribus et regnis. Inter ludouuicum adulescens filius lodoici regis germanorum, ab aquitaniis a patre expetitus, ligerim transit, et ab eis a quibus fuerat postulatus suscipitur. Karolus profectionem in aquitaniam tempore quadragesimę celebrat, in qua usque paschalem festiuitatem demoratur. Eiusque populus praedis incendiis hominumque captiuitatibus totum suum laborem impendit, ne ab ipsis ecclesiis et altaribus dei suam cupiditatem aut audatiam cohibet. Lotharius fratrem suum lodoicum super renum de fraternitate erga karolum alloquitur. Sed prius acriter sese mordentes, tandem ad concordiam redeunt, pacisque nomine fęderantur. Vnde non modice karolus sollicitus ab aquitania nullo peracto negotio repedans fratrem lotharium ad palatium suum attiniacum inuitat. Quo conuenientes, quod dudum pepigerant firmauerunt Dani in ligere consistentes, usque ad blisum castrum ueniunt, ipsumque incendunt, uolentes inde aurelianis peruenire, eadem patraturi. Preparantibus uero aduersus eos nauigia et bellatores, episcopo aurelianensium agio, et carnutum burdiardo, ab intentione desistunt, et inferiora ligeris repetunt. Alii quoque pyratę danorum fresiam saxonię adiacentem populantur. Lotharius et karolus legatos ad fratrem ludoicum pro pacis concordia, et ut filium suum ab aquitania reuocet mittunt. Karolus iterum aquitaniam adit. Pippinus pippini filius qui in monasterio sancti medardi tonsus habitum monachi susceperat et iuramentum permansionis fecerat, aquitaniam ingreditur, parsque maxima populi terrę ad eum conuolat. Karlus rex pippini causam posthabitam ludouuicum nepotem ab aquitania fugatum, ad patrem in germaniam redire compellit. Karlus pippini frater iam diaconus ordinatus a corbeiensi monasterio recedit. Karlus rex Karlomannum filium suum tonsura ecclesiastica dedicat. Dani intestino inter se proelio dimicantes, adeo tridui concertatione obstinatissima bacchati sunt; ut orico rege et ceteris cum eo interfectis regibus pęne omnis nobilitas interierit. Pyratę nordmannorum ligere insistentes, denuo ciuitatem andegauorum incendio concremant. **DCCCLV**.

Lotharius totam fresiam filio suo lothario donat. Vnde roric et godefridus patriam idest daniam repedant, spe potestatis regię nanciscende. Lotharius infirmatur. Qua de re, occasio data est ludoico et karlo fratribus ad concordiam redeundi. Nortmanni burdegalam aquitanię ciuitatem inuadunt, et haec illacque pro libitu peruagantur. Karlus aquitanis petentibus karlum filium suum regem designatum adtribuit. Karlus etiam ediluulfum regem anglorum saxonum romam properantem honorifice suscipit, omni regio habitu donat, et usque ad regni sui terminos cum obsequiis rege dignis deduci facit. Lotharius aduersus karlum occasionem suspectę

fidei queritur. Multa catholice fidei contraria in regno karli ipso quoq: n̄ nescio concitantur. Mense augusto leo ap̄lice sedis antistes defunctus est. eiq: benedictus successit. Eodem mense. due stelle maioris & minoris quantitatis uise sunt a parte occidentis. Orientem uersus incedere. & hoc p decē uices adeo alt̄natim ut maiore p̄manente minor p̄ali quoties nullatenus appareret. Lotharius imp̄ator morbo correptus uitamq: desperans. monasteriū proniee in arduenna constitutū adiit. seculoq: & regno penitus abrenuntians tonsus ē. uitam habitumq: monachi humilit̄ sumens. Dispositoq: inter filios qui secum morabantur regno. ita ut lotharius cognomen eius franciā. karlus uero p̄uinciam optinerent. Intra sex dies. uita decessit. quarto kalendarū octobriū. atq: in eodem monasterio sepulturā ut desiderauerat accepit consecutus ē. Aquitani urbem lemoficū mediante octobri mense conuenientes. karlum puerū filium regis karli regem generalit̄ c̄stituunt. Vnctoq: p pontificē coronā regni imponunt. sceptrumq: adtribuunt.

(margin: Stelle)

Normanni ligerim ingressi. relictis nauib: pedestri itinere urbem pictauorū adire moliunt̄. Sed occurrentibus aquitanis. adeo p̄fligati sunt. ut ultra trecentos pauci euaserint. Roric & godefridus nequaq. arridentib: sibi successib: dorestado se continent. & parte maxima fresie potiuntur. Ludoic̄ rex germanorū crebris sclauorū defectionib: agitatur. DCCCLVI.

Hiems asperrima & sicca. pestilentia ualida. qua magna pars hominū absumitur. Ludoic̄ rex italie filius lotharii sup portione regni patris in frantia. apud patruos suos ludouuicū & karlū conquiritur. italiā largitatem aui ludoici imp̄atoris se asserens assecutum.

Aquitani karlū puerū quem nup regem constituerant spernentes. pippinū ex monacho qui de monasterio sc̄i medardi aufugerat. eductum custodia. regē simulant. Karlus rex cū respogio brittonū paciscens. filiā eius filio suo ludoico despondet. dato illi ducatu cenomannico. usq: ad uiam que aloticia parisiorū cesaredunū turonū ducit. Proceres quondā lotharii. filium eius lothariū. regem frantie etiā sacra ratione constituunt. Pyrate danorū XIIII kl̄ mai ciuitatē aurelianis adeunt. predantur. & inpune reuertuntur. Comites pene om̄s ex regno karoli regis cū aquitaniis aduersus eum coniurant. inuitantes ludouuicū regem germanorū ad suū consilium p̄ficiendum. Quo diutius in expeditione sclauorū detento ubi & magnā partē sui exercitus amisit. isti moras illius n̄ ferentes. karlo regi reconciliantur. Ex aquitanis spreto p pippino karlū puerū filium karli regis quem antea repulerant. recipiunt. & in aquitaniā reducunt. Iterum pyrate danorū alii mediante augusto sequanā ingrediuntur. & uastatis direptisq: ex utraq: fluminis parte ciuitatib: etiā procul positis monasteriis atq: uillis locū qui dicitur fossa giualdi sequane contiguū stacioniq: munissimum deligunt. ubi hiemem quieti transigunt. Edilulf rex occidentaliū anglorū roma rediens. iudith filiā karli regis mense iulio desponsatā kl̄ octobrib: in uermaria palatio in matrimoniū accipit. & eam ingmaro durocortoru remorū ep̄o benedicente. inposito capiti eius diademate. regine nomine insignit. quod sibi sueq: genti eatenus fuerat insuetum.

(margin: De iudith filia regis karoli calui;)

Patratoq: regiis apparatib: utrimq: atq: muneribus matrimonio. cum ea brittaniam regni sui dicionē nauigio repetit. Ludoicus imperator italie & lotharius frater eius rex frantie cum karlo puero germano suo apud urbam conueniunt. Vbi adeo pro regni patrii portionib: dissident. ut pene armis inter sese decernent. Karlo tamen fratri suo p̄uinciā & ducatū lugdunensem iuxta patrnam dispositionem distribuunt. eripientibus eum a fratre lothario obtimatibus qui illum moliebatur in clericū tonsurare. Saraceni de beneuento neapolim fraude adeuntes. uastant. diripiunt & funditus euertunt.

DCCCLVII. Pyrate danorū V kl̄ ian̄ loticiā parisiorū inuadunt. atq: incendio tradunt. Hi uero qui apud inferiora ligeris morabantur. turones et omiā circumquaq: loca usq: ad blisū castrū depredantur. Aquitanorū aliqui p̄suasione occulte conspirantiū francorū quorudā in karlū a karlo admodum deficientes puero. pippino sociant̄. Karlus rex & lotharius nepos eius sacram̄tis uicissim exhibitis federantur. Similiter ludoic̄ rex germaniae. & ludoic̄ imp̄ator italie. Pippinus danorū pyratis sociatur. pictauorū ciuitatē deuastat. & multa alia aquitanie loca depopulat̄. Lotharius concubinis abutens. uxorem suam reginam abicit.

In urbe colonia agrippina guntario ep̄o adstante in ecclesia beati petri. nubes densissima desup crebris fulminib: incubat. Cum subito fulgur in modū ignis p subgrundia eiusdem ecclesie intrans. unū sacerdotem & unū diaconū unumq: ex laicis interficit. ac terre abditis reconditur. In augusta etiā treuirorū teotgaudo ep̄o cum clero & populo celebrante. nubes teterrima sup incumbens. tonitruis fulminib:q: ecclesiam territans. turrē cāpanarū sonantiū com̄inuit. tantaq: tenebrositate ecclesiā impleuit. ut uix alterutrū sese ualerent agnoscere. Visus est canis nimie enormitatis in circuitu altaris discurrere. subito terre hiatu d

(margin: Canis)

Dani sequane insistentes. cuncta libere uastant. Luteciamq: parisiorum adgressi. basilicam beati petri & sc̄ae genouefe incendunt. & ceteras om̄s. pret̄ domū sc̄i stephani & ecclesiam sc̄i uincentii. atq: germani pret̄q: ecclesiā sc̄i dionisii. pro quib: tantummodo ne incenderentur. multa solidorū sūma soluta est.

Alii danorum emporiū quod dorstatu dicit̄ uicapiunt.

fidei quęritur. Multa catholicę fidei contraria in regno karli ipso quoque non nescio concitantur. Mens agusto leo apostolicę sedis antistes defunctus est, eique benedictus successit. Eodem mense duę stellę maioris et minoris quantitatis uisę sunt a parte occidentis. Orientem uersus incedere, et hoc per decem uices adeo alternatim ut maiore permanente minorali quoties nullatenus appareret. Lotharius imperator morbo correptus uitamque desperans, monasterium proneę in arduenna constitutum adiit, sęculoque et regno penitus abrenuntians tonsus est, uitam habitumque monachi humiliter sumens. Dispositoque inter filios qui secum morabantur regno, ita ut lotharius cognomen eius frantiam, karlus uero prouintiam optinerent. Intra sex dies, uita decessit, quarto kalendarum octobrium, atque in eodem monasterio sepulturam ut desiderauerat ~~accepit~~ consecutus est. Aquitani urbem lemoficum mediante octobri mense conuenientes, karlum puerum filium regis karli regem generaliter constituunt. Vnctoque per pontificem coronam regni imponunt, sceptrumque adtribuunt. Nortmanni ligerim ingressi, relictis nauibus pedestri itinere urbem pictauorum adire moliuntur. Sed occurrentibus aquitanis, adeo profligati sunt; ut ultra trecentos pauci euaserint. Roric et godefridus nequaquam arridentibus sibi successibus dorestado se continent, et parte maxima fresię potiuntur. Ludoicus rex germanorum crebris sclauorum defectionibus agitatur. **DCCCLVI**.

Hiems asperrima et sicca, pestilentia ualida, qua magna pars hominum absumitur. Ludoicus rex italię filius lotharii super portione regni paterni in frantia, apud patruos suos ludouuicum et karlum conquiritur, italiam largitatem aui ludoici imperatoris, se asserens assecutum. Aquitani karlum puerum quem nuper regem constituerant spernentes, pippinum ex monacho qui de monasterio sancti medardi, aufugerat; eductum custodia, regem simulant. Karlus rex cum respogio brittonum paciscens, filiam eius filio suo ludoico despondet, dato illi ducatu cenomannico, usque ad uiam aquę a loticia parisiorum cesare dunum turonum ducit. Proceres quondam lotharii, filium eius lotharium, regem frantię etiam sacra ratione constituunt. Pyratę danorum XIIII kalend. mai ciuitatem aurelianis adeunt, prędantur, et inpune reuertuntur. Comites pene omnes ex regno Karoli regis cum aquitaniis aduersus eum coniurant, inuitantes ludouuicum regem germanorum ad suum consilium perficiendum. Quo diutius in expeditione sclauorum detento ubi et magnam partem sui exercitus amisit, isti moras illius non ferentes, karlo regi reconciliantur. Exaqui spreto ppippino karlum puerum filium karli regis quem antea pepulerant, recipiunt; et in aquitaniam reducunt. Iterum pyratę danorum alii mediante augusto sequanam ingrediuntur, et uastatis direptisque ex utraque fluminis parte ciuitatibus etiam procul positis momonasteriis atque uillis locum qui dicitur fossagiualdi sequanę contiguum, stacionique munissimum diligunt, ubi hiemem quieti transigunt. Ediluulf rex occidentalium anglorum roma rediens, iudith filiam karli regis mense iulio desponsatam kalend. octobribus in uermaria palatio in matrimonium accipit, et eam ingmaro durocortori remorum episcopo benedicente, in posito capiti eius diademate, reginę nomine insignit, quod sibi suęque genti eatenus fuerat insuetum. Patratoque regiis apparatibus, utrimque atque muneribus matrimonio, cum ea brittanniam regni sui ditionem nauigio repetit. Ludoicus imperator italię et lotharius frater eius rex frantię cum karlo puero germano suo, apud urbam conueniunt. Vbi adeo pro regni paterni portionibus dissident, ut pęne armis inter sese decernent. Karlo tamen fratri suo prouintiam et ducatum lugdunensem iuxta paternam dispositionem distribuunt, eripientibus eum a fratre lothario obtimatibus qui illum moliebatur in clericum tonsurare. Saraceni de beneuento neapolim fraude adeuntes, uastant, diripiunt et funditus euertunt.

de iudith filia regis karoli calui

DCCCLUII. Pyratę danorum v kalend. ian. loticiam parisiorum inuadunt, atque incendio tradunt. Hi uero qui apud inferiora ligeris morabantur, turones et omnia circumquaque loca usque ad blisum castrum depredantur. Aquitanorum aliqui persuasione occulte conspirantium francorum quorundam in karlum a karlo admodum deficientes puero, pippino sociantur. Karlus rex et lotharius nepos eius sacramentis uicissim exhibitis, fęderantur. Similiter ludoicus rex germaniae, et ludoicus imperator italię. Pippinus danorum pyratis sociatur, pictauorum ciuitatem deuastat, et multa alia aquitanię loca depopulat. Lotharius concubinis abutens, uxorem suam reginam abicit. In urbe colonia agrippina guntario episcopo adstante in ecclesia beati petri, nubes densissima desuper crebris fulminibus incubat. Cum subito fulgor im modum ignis per subgrundia eiusdem ecclesię intrans, unum sacerdotem et unum diaconum unumque ex laicis interficit, ac terrę abditis reconditur. In augusta etiam treuirorum teotgaudo episcopo cum clero et populo celebrante, nubes teterrima super incumbens, tonitruis fulminibusque ecclesiam territans, turrem campanarum sonantium comminuit, tantaque tenebrositate ecclesiam impleuit, ut uix alterutrum sese ualerent agnoscere. Visus est canis nimię enormitatis in circuitu altaris discurrere, subito terrę hiatu

Canis

Dani sequanę insistentes, cuncta libere uastant. Lutetiamque parisiorum adgressi, basilicam beati petri et sanctae genouefę incendunt, et ceteras omnes, pręter domum sancti stephani et ecclesiam sancti uincentii, atque germani pręterque ecclesiam sancti dionisii pro quibus tantummodo ne incenderentur, multa solidorum summa soluta est. Alii danorum emporium quod dorstatu dicitur ui capiunt;

totamque batauorum insulam et cetera loca continia diripiunt. Respogius dux brittonum a Salomone et Almaro brittonibus diu contra sese dissidentibus interimitur. Quidam procerum karoli regis aquitanis sociati pluras predas pluraque incommoda perpetrant. Frotbaldus episcopus carnotum insistentibus sibi danis in eadem ciuitate pedibus fugiens fluuiumque auduram natatu petens aquis interceptus moritur. DCCCLVIII.

Ipso quando ipse karolus intrauit in insulam sequane dicta moscellum ubi magnum sustinuit periculum sicut a multis tunc fuit cognitum. et quando frater suus ludouuicus super illum uenit cum omni hostili apparatu. sed largiente misericordia dei cum honore non recessit.

Ite de iudith filia regis karoli calui.

Dominice natiuitatis festo noctu et interdiu mogontie ualidus et creberrimus terremotus efficitur. quem etiam ualida hominum mortalitas insequitur. In territorio mare quandam arborem radicitus euulsam et gallicanis prouinciis ante ignotam eiecit carentem foliis. sed loco frondium habentem ramusculos similitudine herbe partim late sed longioris. loco uero foliorum quedam triangula specie colore unguium humanorum uel ossium piscium que in eis tenuia sunt. et hec ita summitati earumdem herbarum inherentia. ac si extrinsecus adposita uiderentur. More eorum que ex diuersis metallis in ornamentis cingulorum uel hominum uel equestrium falerarum extrinsecus adfigi solent. In pago senonico in ecclesia sancte porcarie. die dominico celebrante missas presbytero. lupus subito introiens plebemque adsistentem discurrendo perturbans. tandem inter feminas identidem faciens disparuit. Edilulf rex occidentalium saxonum moritur. Relictam eius iudit reginam. adalbold filius eius uxorem ducit. Berno. dux partis pyratarum sequan[…] insistentium. ad karlum regem in uermeria palatio uenit. eiusque se manibus dedens. fidelitatem statim iurat. Pars altera eorundem pyratarum ludouuicum abbatem monasterii sancti dionisii cum fratre eius gauzleno capiunt. eisque redemptionis sue grauissimam multam imponunt. Ob quam. multi thesaurorum ecclesiarum dei ex regno karli ipso iubente exhausti sunt. Sed his minime sufficientibus. ab eodem rege et omnibus episcopis. abbatibus. comitibus. ceterisque uiris potentibus multa ad supplecionem predicte summe certatim conlata sunt. Comites uero karli regis cum brittonibus iuncti deficientes a karlo. filium eius ludoicum eiusque sequaces a partibus cenomannicis deterritum. sequanam transire atque ad patrem refugere compellunt. Lotharius rex cum fratre suo karlo prouintie rege amicitiam firmat. datis ei duobus episcopatibus ex regno suo portionibus idest bilisio et tarantasia. Similiter karlus eidem fratri suo lothario regnum suum ea conditione tradidit. ut si ante quam uxorem acciperet et filios generaret. ab hac uita decederet. ei lotharius iure hereditario succederet.

Mense maio in uico leudico in quo corpus sancti Lantberti quiescit. tanta subito pluuiarum inundatio effusa est. ut domos et muros lapideos seu quecumque edificia cum hominibus et omnibus quecumque illic inuenit. usque ad ipsam ecclesiam memorie sancti Lantberti uiolenta eruptione in mosam fluuium precipitauerit. Dani saxoniam adgrediuntur. sed repelluntur. Benedictus romanus pontifex moritur. nicolaus presentia magis ac fauore regis ludoici et procerum eius. quam clerum electione substituitur. Lotharius rex cogentibus suis. uxorem quam abiecerat recipit. nec tamen ad torum admittit. sed custodie tradit. Karlus rex insulam sequane uocabulo oscellum danos in ea commorantes. obsessurus mense iulio adgreditur. Ubi ad eum karlus puer filius eius ab aquitania peruenit. Cumque pippinum iam laicum uenientem suscipit. et ei comitatus ac monasteria in aquitania tribuit. Lotharius etiam rex ad eandem insulam mense augusto properat. auunculo adiutorium conlaturus. Ubi usque nono kalendas octobris absque profectu obsidionis demorantes. tandem ad propria remeant. Interim comites ex regno karli regis. ludoicum germanorum regem quem per .V. annos inuitauerant. adducunt. Qui kalendas septembris ponteonem reginam uillam adueniens. per cautalaunos et cupedenses. arcdincum senonum peruenit. Inde aurelianensem pagum adiens. receptus ab aquitania et niustria atque brittonibus qui ad eum se uenturos spoponderant. eadem pene uia usque ad cupedenses remeat. Quibus karlus rex compertis. per catalaunos usque ad breonam uillam festinus graditur. Ubi concurrentibus ad eum burgundie primoribus ludoicum insequentem prestolatur. Sed incurrentibus nuntiis cum nulla pacis composito fieret. tercio tandem die idem pridie idus nouembris preparatis hinc inde aciebus. uidens karlus se a suis deseri recessit. et partes burgundie petiit. Ludoicus uero receptis his qui a karlo defecerant. augustam tricorum adiit. Ibique distribuens inuitatoribus suis comitatus monasteria. uillas. regias. atque proprietates. ad attiniacum palatium reuertitur. Quo lotharius rex ei occurrit. et confirmitatis inter se pactionibus ad sua repedat. Ludoicus uero per durocortorum remorum et laudunensem pagum ad augustam ueromandorum in cenobio uidelicet sancti quintini martyris dominice natiuitatis festum celebraturus ingreditur. Interea quidam monachus ex monasterio sancti uincentii martyris uel sancti germani confessoris corduba ciuitate hispanie rediens. corpora beatorum martyrum georgii diaconi et aurelii. caputque nathalie secum detulit. atque in uilla aemanto in loculis seruanda collocauit. DCCCLVIIII. Dani ultra loca scaldem populantur. uulgus promiscuum inter sequanam et ligeram inter se coniurans aduersus danos in sequana consistentes fortiter resistit. Sed quia incaute suscepta est eorum coniuratio. a potentioribus nostris facile interficiuntur. Karlus rex recuperatis uiribus

totamque batauorum insulam et cetera loca contermina diripiunt. Respogius dux brittonum a salomone et almaro brittonibus diu contra sese discidentibus interimitur. Quidam procerum karoli regis aquitanis sociati, pluras praedas pluraque incommoda perpetrant, frotbaldus episcopus carnotum insistentibus sibi danis, in eadem ciuitate pedibus fugiens fluuiumque auduram natatu petens, aquis interceptus moritur. **DCCCLVIII**. Ipso quando ipse karolus intrauit in insulam sequanę dicta moscellum ubi magnum sustinuit periculum sicut a multis tunc fuit cognitum, et quando frater suus ludouuicus super illum uenit cum omni hostili apparatu, sed largiente misericordia dei cum honore non recessit, Dominicę natiuitatis festo noctu, et inter diu mogontię ualidus et creberrimus terręmotus efficitur, quem etiam ualida hominum mortalitas insequitur. In teritorio mare quandam arborem radicitus euulsam, et gallicanis prouinciis ante ignotam eiecit carente foliis, sed loco frondium habentem ramusculos similitudine herbę, partim late sed longioris, loco uero filiorum quędam triangula spetię colore unguium humanorum uel ossium piscium quę in eis tenuia sunt, et hęc ita sumitati earumdem herbarum inherentia, ac si extrinsecus adposita uiderentur. More eorum quę ex diuersis metallis in ornamentis cingulorum uel hominum uel equestrium falerarum extrinsecus adfigi solent. In pago senonico in ecclesia sanctę porcarię, die dominico celebrante missas presbitero, lupus subito introiens plebemque adsistentem discurrendo perturbans, tandem inter feminas identidem faciens disparuit.

Item de iudith filia regis karoli calui.

Ediluulf rex occidentalium saxonum moritur. Relictam eius iudit reginam, adalboldus filius eius uxorem ducit. Berno, dux partis pyratarum sequanę … nsistentium, ad karlum regem in uermeria palatio uenit. Eiusque se manibus dedens, fidelitatem suatim iurat. Pars altera eorundem pyratarum ludouuicum abbatem monasterii sancti dyonisii cum fratre eius guazleno capiunt; eisque redemptionis suę grauissimam multam imponunt. Ob quam, multi thesaurorum ecclesiarum dei ex regno karli ipso iubente exhausti sunt. Sed his minime sufficientibus, ab eodem rege et omnibus episcopis, abbatibus, comitibus, ceterisque uiris potentibus multa ad sumpplecionem predictę summę certatim conlata sunt. Comites uero karli regis cum brittonibus iuncti deficientes a karlo, filium eius ludoicum eiusque sequaces a partibus cenomanicis deterritum, sequanam transire atque ad patrem refugere compellunt. Lotharius rex cum fratre suo karlo prouintię rege amicitiam firmat, datis ei duobus episcopatibus ex regno suo portionibus, idest bilisio et tanantasia. Similiter Karlus eidem fratri suo lothario regnum suum ea conditione tradidit, ut si ante quam uxorem acciperet et filios generaret, ab hac uita decederet, ei lotharius iure hereditario succederet. Mense maio in uico leudico in quo corpus sancti lantberti quiescit, tanta subito pluuiarum inundatio effusa est, ut domos et muros lapideos seu quęcumque edificia cum hominibus, et omnibus quęcumque illic inuenit, usque ad ipsam ecclesiam memorię sancti lantberti uiolenta eruptione in mosam fluuium praecipitauerit. Dani saxoniam adgrediuntur, sed repelluntur. Benedictus romanus pontifex moritur, nicolaus pręsentia magis ac fauore regis ludoici et procerum eius, quam clerum electione substituitur. Lotharius rex cogentibus suis, uxorem quam abiecerat recipit, nec tamen ad torum admittit, sed custodię tradit. Karlus rex insulam sequanę uocabulo oscellum danos in ea commorantes, obsessurus mense iulio adgreditur. Vbi ad eum karlus puer filius eius ab aquitania peruenit. Cum quo pippinum iam laicum uenientem suscipit, et ei comitatus ac monasteria in aquitribuit. Lotharius etiam rex ad eandem insulam mense augusto properat auunculo adiutorium conlaturus. Vbi usque nono kalendas octobris absque profectu obsidionis demorantes, tandem ad propria remeant. Interim comites ex regno karli regis, ludoicum germanorum regem quem per V. annos inuitauerant, adducunt.Qui kalendas septembris ponteonem̄ reginam uillam adueniens, per cauta launos et cupedenses, aredincum senonium̄ peruenit. Inde aurenianensem pagum adiens, receptis ab aquitania et niustria atque brittonibus qui ad eum se uenturos spoponderant, eadem pęne uia usque ad cupedenses remeat. Quibus karlus rex compertis, per catalaunos usque ad breonam̄ uillam festinus graditur. Vbi concurrentibus ad eum burgundię primoribus ludoicum insequentem pręstolatur. Sed inter currentibus nuntiis cum nulla pacis compositio fieret, tercio tandem die idem pridie idus nouembris p̄paratis hinc inde aciebus, uidens karlus se asuis deseri recessit, et partes burgundię petiit. Ludoicus uero receptis his qui a Karlo defecerant, augustam tricorum̄ adit. Ibique distribuens inuitatoribus suis comitatus monasteria, uillas, regias, atque proprietates, ad attiniacum palatium reuertitur. Quo lotharius rex ei occurrit, et confirmitatis inter se pactionibus, ad sua repedat. Lodoicus uero per durocortorum remorum et laudunensem pagum ad augustam ueromandorum in cęnobio uidelicet sancti quintini martyris dominicę natiuitatis festum celebraturus, ingreditur. Interea quidam monachus ex monasterio sancti uincentii martyris uel sancti germani confessoris corduba ciuitate hispanię rediens, corpora beatorum martyrum georgii diaconi et aurelii, caputque nathalię secum detulit, atque in uilla acmanto in loctilis seruanda collocauit. **DCCCLVIIII**. **D**ani ultra loca scaldem populantur, uulgus promiscuum inter sesequanam et ligeram inter se coniurans aduersus danos in sequana consistentes fortiter resistit. Sed quia incaute sumpta est eorum coniuratio, a potentioribus nostris facile interficiuntur. Karlus rex recuperatis uiribus

fratrem suum ludoicū ne opinantē adgre
ditur. & de regni sui finibus expellit. Lo
tharius rex ad karlū patruum suū festinat. & die dominico
initii quadragesime in marcas palatio publice sacramentis
uicissim per se ipsos datis. sese iterum confirmant. Karlus
quedam monasteria que antea clerici habere solebant.
laicis distribuit. Pyrate danorū longo maris circuitu
inter hispanias uidelicet & affricā nauigantes. rodanum
ingrediuntur. depopulatisq: quibusdā ciuitatib: ac mo
nasteriis in insula que camarias dicitur. sedes ponunt.
Karlus rex per diuersa loca conuentus epōrum agit. Sed
quarto a tullo leucorum miliario in uillas oponarias cū
lothario & karlo nepotib: suis regib: synodo epōrum ad
sistens. libellum accusationis aduersus guanilonem age
dinci senonum metropolitanū epm porrigit. Que tamen
actio propter absentiā eiusdem guanilonis epi dilata est.
Inde ad conloquiū fratris sui ludoici regis in insula reni
inter autunnacū & confluentes properat. Cuius conloquii
effectus. differtur usq: ad VI kl. nouembris apud basi
liam ciuitatē. Quo ludoico adueniente. karlus propter
lotharii absentiā ab itinere cepto reuertitur. Aquitani
ad karlū puerū omnes pene conuertuntur. pippinus rod
berto comiti & brittonib: sociatur. Acies in celo. mense
augusto. septembri. & octobri nocturno tempore uisuntur.
ita ut diurna claritas ab oriente usq: in septētrionē
continue fulserit. & colūne sanguinee ex ea discurren
tes processerint. Dani nouiter aduenientes. monasteriū
sci uualarici & sama robricā ambianorū ciuitatē. aliaq:
circumquaq: loca rapinis & incendiis uastant. Alii
quoq: eorū insulam reni patauum simili furore inuadūt.
hi uero qui in sequana morantur. nouiomū ciuitatē noctu
adgressi immonem epm cum aliis nobilib: tam clericis
quam laicis capiunt. uastaq: ciuitate secum adducunt.
atq: in itinere interficiunt. Qui etiam ante duos
menses ermenfridū beluagorū in quadā uilla interficerant.
Sed et anno preterito blatfridū baiocassiū epm necauerant.
Ossa beatorū martyrū dyonisii. rustici. & eleutherii metu
eorundem danorum in pagum mauripensem in uillam
sui iuris nouientem deuecta sunt. atq: in XI kl. octob
in loculis diligenter collocata. Lotharius fratri suo lu
doico italorū regi quandā regni sui portionē attribuit.
Ea uidelicet que ultra iurā montē habebat. idest genu
uam. lausonnā. & sedunū ciuitates cum epīscopatibus
monasteriis. & comitatib: preter hospitale quod est in mon
te iouis. & pipincensem comitatū. Guanilo eps senonū
absq: audientia epōrum. karlo regi reconciliatur. Nico
laus pontifex romanus. de grā dī & libero arbitrio. de
ueritate gemine predestinationis. & sanguine xpi. ut
pro credentib: omnib: fusus sit. fideliter confirmat. et
catholice decernit. DCCCLX. Hiems diutina & con
tinuis niuib: ac gelu dira. a mense uidelicet nouembri
usq: ad aprilē. Lotharius reginā suam teutbergam inre
uocabili odio habitam. ut ipsam coram episcopis
confiteretur. fratrem suum hucbertum sibi sodomitico
scelere commixtum. Unde & penitentie continuo
addicta est. atq: in monasterium retrusa. Karlus rex
inani danorū in somna consistentiū pollicitatione
pellectus. exactionem de thesauris ecclesiarū. &
omnib: mansis ac negotiatorib: etiā pauperrimis. ita
ut etiā domus eorū & omnia utensilia adpreci
arentur. & inde statutus census exigeretur fieri iubet.
Nam idem dani promiserant. ut si eis tria milia
librarū argenti pondere examinato tribueret.
se aduersus eos danos qui in sequana uersabantur
ituros. eosq: inde aut expulsuros aut interfecturos.
Pridie nonas april. nocte sequenti nona uidelicet
luna iam inchoata. fertur quedā obscuritas
corniculata eodem scemate quo luna splendeat.
per mediū eiusdem lune apparuisse. ita ut hinc
inde luceret. sed in medio obscuraretur. Similiter
dicitur ~~VIII kl. april~~ sol ortus quandam in medio sui
orbe quandā tenebrositatē passus. qua ad inferiora
eius delabente. mox alia a superiorib: ei ingruerit.
eiq: orbem usq: ad infima similiter percurrerit. &
hoc ~~XI~~ luna. Dani in somna consistentes. cum eis
non daretur supradictus census. receptis obsidibus.
ad anglos saxones nauigant. A quibus profligati.
atq: repulsi. alias partes petunt. hii uero dani qui in
rodano morabantur. usq: ad ualentinā ciuitatem
uastando perueniunt. Unde direptis que circa
erant omnib: reuertentes. ad insulam in qua se
des posuerant. redeunt. Ludoicus. karlus. & lo
tharius reges. kl. iunias apud castrū quod conflu
entes uocatur. conueniunt. Ibiq: de pace inter se
diu tractantes. tandem concordiam atq: amicitiā
ipsi per se iuramento firmant. Ludoicus imperator italie
suorū factione impetitur. & ipse contra eos ac contra
beneuentanos rapinis atq: incendiis deseuit.
Dani qui in rodano fuerant. italiā petunt. & pi
sas ciuitatē aliasq: capiunt. depredantur atq:
deuastant. Lotharius rex metuens auunculū suū
karlū. ludoico regi germanie sociatur. atq: ob
eandem societatē. partem regni sui id est. helisatiā
tradit. Uxor lotharii timens odiū uiri sui atq:
insidias. ad fratrē suū hucbertum in regno karli
aufugit. Karlus rex monasteriū sci martini filio
suo ludoico largitur. DCCCLXI. Dani mense
ianuario lutetiā parisiorū & ecclesiam sci uincen
tii martyris & sci ~~germani~~ confessoris incendio
tradunt. negotiatores quoq: per sequanā nauigio
sursum uersus fugientes. insequuntur & capiunt.
Alii quoq: danorū pyrate taruanensem pagū ad
eunt. & deuastant. ~~VIII kl. april.~~ luna ~~XIIII~~ post
horam noctis octauā. tota in nigredinē uertitur.

fratrem suum ludoicum nec opinantem adgreditur, et de regni sui finibus pellit. Lotharius rex ad karlum patruum suum festinat, et die dominico initii quadragesimę in arcas palatio publice sacramentis uicissim per se ipsos datis, sese iterum confirmant. Karlus quędam monasteria quę antea clerici habere solebant, laicis distribuit. Pyratę danorum longo maris circuitu inter hispanias uidelicet, et africam nauigantes, rodanum ingrediuntur, depopulatisque quibusdam ciuitatibus ac monasteriis in insula quę camarias dicitur, se desponunt. Karlus rex per diuersa loca conuentiis episcoporum agit. Sed quarto a tullo leucorum miliario in uillas oponarias cum lothario et karlo nepotibus suis regibus synodo episcoporum ad

Guanilo

sistens, libellum accusationis aduersus guanilonem agedinci senonum metropolitanum episcopum porrigit. Quę tamen actio propter absentiam eiusdem guanilonis episcopi dilata est. Inde ad conloquium fratri sui ludoici regis in insula reni, inter autunnacum et confluentes properat. Cuius conloquii effectus, differtur usque ad VIII kalendas nouembris apud basiliam ciuitatem. Quo ludoico adueniente, karlus propter lotharii absentiam ab itinere cepto reuertitur. Aquitani ad karlum puerum omnes pęne conuertuntur, pippinus rodberto comiti, et brittonibus sociatur.

Acties in celo

Acies in cęlo, mense augusto, septembri, et octobri nocturno tempore uisuntur, ita ut diurna claritas ab oriente usque in septem trionem continue fulserit, et columnę sanguineę ex ea discurrentes processerint. Dani nouiter aduenientes, monasterium sancti vualarici et sama robricam ambianorum ciuitatem, aliaque circumquaque loca rapinis et incendiis uastant. Alii quoque eorum insulam reni patauum simili furore inuadunt. Hi uero qui in sequana morantur, nouiomum ciuitatem noctu adgressi immonem episcopum cum aliis nobilibus tam clericis quam laicis capiunt, uastaque ciuitate secum adducunt, atque in itinere interficiunt. Qui etiam ante duos menses, ermenfridum beluagorum in quadam uilla interficerant. Sed et anno praeterito blatfridum baiocassium episcopum necauerant. Ossa beatorum martyrum dyonisii, rustici, et eleutherii, metu eorundem danorum in pagum mauripensem in uillam sui iuris nouientem deuecta sunt, atque in XI kalend. octobris in loculis diligenter conlocata. Lotharius fratri suo ludoico italorum regi quandam regni sui portionem adtribuit. Ea uidelicet quę ultra iuram montem habebat, idest genuam, lausonnam, et sedunum ciuitates cum episcopatibus monasteriis, et comitatibus preter hospitale quod est in monte iouis, et pipincensem comitatum. Guanilo episcopus senonum absque audientia episcoporum, karlo regi reconciliatur. Nicolaus pontifex romanus, de gratia dei et libero arbitrio, de ueritate geminę praedestinationis, et sanguine christi, ut pro credentibus omnibus fusus sit, fideliter confirmat, et catholice decernit. **DCCCLX**. Hiems diutina et continuis niuibus, ac gelu dira, a mense uidelicet nouembri usque ad aprilem. Lotharius reginam suam teubergam inreuocabili odio habitam, ut ipsam coram episcopis confiteretur, fratrem suum hucbertum sibi sodomitico scelere commixtum. Vnde et penitentię continuo addicta est, atque in monasterium retrusa. Karlus rex inani danorum in somna consistentium pollicitatione pellectus, exactionem de thesauris ecclesiarum, et omnibus mansis ac negotiatoribus etiam paupertinis, ita ut etiam domus eorum et omnia utensilia adpręciarentur, et inde statutus census exigeretur fieri iubet. Nam idem dani promiserant, ut si eis tria milia librarum argenti pondere examinato tribueret, se aduersus eos danos qui in sequana uersabantur ituros, eosque inde aut expulsuros aut interfecturos. Pridie nonas aprilis nocte sequenti nona uidelicet luna iam inchoata, fertur quędam obscuritas corniculata eodem scemate quo luna splendeat, per medium eiusdem lunę apparuisse, ita ut hinc inde luceret, sed in medio obscuraretur.

oscuritas

Similiter dicitur VIII id. aprilis sol ortus quandam in medio sui orbe quandam tenebrositatem passus, qua ad inferiora eius delabentem, mox alia a superioribus ei ingruerit, eique orbem usque ad infima similiter percurrerit, et hoc x luna.

sol

Dani in somna consistentes, cum eis non daretur supraditus census, receptis obsidibus, ad anglos saxones nauigant. A quibus profligati, atque repulsi, alias partes petunt. Hi uero dani qui in rodano morabantur, usque ad ualentiam ciuitatem uastando perueniunt. Vnde direptis quę circa erant omnibus reuertentes, ad insulam in qua sedes posuerant; redeunt. Ludoicus, karlus et lotharius reges, kalendas ianias apud castrum quod confluentes uocatur, conueniunt. Ibique de pace inter se diu tractantes, tandem concordiam atque amiticiam ipsi per se iuramento firmant. Ludoicus imperator italię suorum factione impetitur, et ipse contra eos ac contra beneuentanos rapinis atque incendiis deseuit. Dani qui in rodano fuerant, italiam petunt, et pisas ciuitatem aliasque capiunt, dep̄hendantur atque deuastant. Lotharius rex metuens auunculum suum karlum, ludoico regi germanię sociatur, atque ob eandem societatem, partem regni sui idest helisatiam tradit. Vxor lotharii timens odium uiri sui atque insidias, ad fratrem suum hucbertum in regno karli aufugit. Karlus rex monasterium sancti martini filio suo ludoico largitur. **DCCCLXI**. Dani mense ianuario lutetiam parisiorum et ecclesiam sancti uuincentii martyris et sancti ~~germani~~ confessoris incendio tradunt, negotiatores quoque per sequanam nauigio sursum uersus fugientes, insequuntur et capiunt. Alii quoque danorum pyratę taruanensem pagum adeunt, et deuastant. IIII ~~kalendas aprilis~~ luna XIIII. post horam noctis octauam, tota in nigredinem uertitur,

karl rex filium suum lotharium claudum in monasterio sci iohannis clericu fieri iubet. Galindo cognomento prudentius trecasine ciuitate eps. natione hispanus. adprime litteris eruditus. qui ante aliquot annos godescalco pdestinatiano restiterat. post felle comotus contra quosdam epos secum heredico resistentes ipsius heresis defensor acerrimus. Indeq: non modica inter se diuersa & fidei aduersa scriptitans moritur. sicq: licet diutino languore fatigaretur. ut uiuendi ita & scribendi finem fecit. Carlomannus ludouuici regis germanie filius cum resticio uuinidoru regulo federatus a patre deficit. & resticii auxilio magnam sibi partem usq: ad hin fluuium patni regni psumit. Ludouuicus soceru karlomanni filii sui arnustu honorib: priuat. & nepotes ipsius a regno suo expellit. qui cum adalardo yrmintrudis regine auunculo suo aute ppinquo. que lotharius patrui sui ludouuici factione insequebat karolum adeunt. a quo benigne suscipiuntur & honoribus consolantur. Sed & pene omis qui nup a karolo ad ludouuicu defecerant ad karolu reuertuntur. 7 ab eo familiaritate & honoribus redonantur. Dani qui priden morinum ciuitate incenderant. de anglis reuertentes duce uuelando cu ducentis & eo amplius nauibus psequana ascendunt. & castellu in insula que oscellus dicitur a nortmannis constructum. & eosdem nortmannos obsident. ad quorum obsidentiu uidelicet locariu quinq: milia libras argenti cum animalium atq: annone suma non modica de regno suo ne depdaretur exigi karol pcepit. & sequana transiens meidunu sup ligerim adit rodbtum cum placitis honoribus recipit. Qua occasione guntfridus & gozfridus quoru consilio karolus prefatu rodbtum receperat cu suis coplicibus gentilia mobilitate & inolita consuedine a karolo ad salomone brittonu duce deficiunt. Interea danorum pars altera cu sexaginta nauibus psequana influuiu tellas ascendunt. indeq: ad obsidentes castellu pueniunt. & eorum societate iunguntur. obsessi aute famis inedia & miserie omis squalore copulsi. sex milia libras int auru & argentu obsidentib: donant. eisq: sociantur. & sic psequana usq: ad mare descendt. quos imminens hiems ingredi mare phibuit. Vnde psingulos portus se ab ipso loco usq: parisius secundu suas sodalitates diuidunt. Vueland aute psequana usq: ad castru milidunu cu sociis suis ascendit. Castellu u cum uuelando filio fossatis monasterio occupant. hinc marus durocorthoru remorum archi eps synodo conpuintiali apud martyriu scorum crispini & crispiniani

De Iudith filia reg karoli & Bald ferreo

secus ciuitatem suessionis rothadu ipsius urbis epm reguli sedeasticis obedire nolente episcopali priuat comunione scdm decreta canonu. donec obediat. karolus dimisso filio suo ludouuico sub adalardi yrminthrudis regine auunculi baiulatione ad custodia regni contra nortmannos a quibusda inuitatus. quasi regnum puincie adepturus. qm karl lotharii quonda imperatoris filius inutilis atq: inconueniens regio honori & nomini ferebatur. cum uxore burgundia usq: ad ciuitate matescenciu pagrat. ubi rebus parum psperc gestis. & depcationibus plurimis populo tre ingestis. pontigone palatiu adedit. ibiq: missaticu ex parte ludouuici fris sui & lotharii nepotis sui ab aduentio mettensium ciuitatis epo & leutardo comite delatu audit. eosq: absoluit. & diem natalis dominici festiue ut moris est celebrat. [illegible] karol premi ciuitate suessionis uenit. ubi non incerto nuntio coperit. quia filia eius iudith scilicet edelboldi regis anglorū. que possessionib: uenditis quas in anglorū regno optinuerat. ad patrem rediit. & in silua nectis ciuitate. debito reginae honore sub tuitione patna & regia. atq: episcopali custodia seruabatur. donec si se continere non posset. scdm aplm scilicet copetenter ac legalit nuberet balduinu comite ipso lenocinante. & fre suo ludouuico consentiente mutato habitu est secuta. Sed & quia ludouuic filius eius apstatis guntfrido sollici tatus relictis fidelib: patris cum paucis noctu aufugit. & transfuga ad se sollicitantes puenit. Vnde rex karol epos & ceteros regni sui primores consulens. post mundane legis iudiciu canonicam in iam dictu balduinu & iudith. que cum fure cucurrit. & adulteri portione se fecit. scdm edicta beati gregorii. ut siquis uiduam in uxorem furatus fuerit. & consentientes ei anathema sint. de primi sententia ab epis petiit. Abbaciam quoq: sci martini qua inconsulte pscripto filio suo ludouuico donauerat. non satis consulte hucbto clerico coniugato donauit. Indeq: silua nectu perexit. ubi dum inmoraretur expectans ut ad eum popul conueniret. quatenus aciebus dispositis exutrisq: suis ripis singule aquae isara scilicet matrona & sequana custodirentur. ne nordmanni inpdam ire ualerent. nuntium accepit qui adan norum electi de his qui in fossatis resederant cum paruis nauibus meldensiu ciuitate adirent. Ipse aute cum eis quos secum habuit. illo pergere maturauit. Et qm pontibus nortmannis destructis. & nauib: occupatis eos adire n poterat. necessario usus consilio. ponte ad insulam secus treiectum refic. & nortmannis descendendi aditu intercludit. scaras nichilominus ex utraq: ripa matrone ad custodiam deputat. Qua de re nortmanni ualde constricti. obsides electos & karolo missos ea conditione donant. ut omis captiuos quos ceperant postquam matrona intrauerant sine mora aliqua redderent. & aut aliis nortmannis constituto die placiti a sequane recedentes mare peterent. aut si alii cum eis redire n uellent. una cu exercitu karoli detractantes. ire bello ab peterent.

karlus rex filium suum lotharium claudum in monasterio sancti iohannis clericum fieri iubet. Galindo cognomento prudentius trecasinę civitatis episcopus, natione hispanus adprimę litteris eruditus, qui ante aliquot annos godescalco praedestinatiano restiterat, post felle commotus contra quosdam episcopos secum heredico resistentes ipsius hęresis defensor acerrimus. Indeque non modica inter se diuersa et fidei aduersa scriptitans moritur, sicque licet diutino langore fatigaretur, ut uiuendi ita et scribendi finem fecit. **C**arlomannus ludouuici regis germanię filius cum resticio uuinidorum regulo fęderatus a patre deficit et resticii auxilio magnam sibi partem usque ad hin fluuium paterni regni praesumit. Ludouuicus socerum karlomanni filii sui arnustum honoribus priuat et nepotes ipsius a regno suo expellit, qui cum adalardo yrmintrudis reginę auunculo suo autem propinquo, quem lotharius patrui sui ludouuici factione insequebatur karolum adeunt, a quo beigne suscipiuntur et honoribus consolantur. Sed et pęne omnes qui nuper a karolo ad ludouuicum defecerant, ad karolum reuertuntur, et ab eo familiaritate et honoribus redonantur.

Morinum Dani qui pridem morinum ciuitatem incenderant, de anglis reuertentes duce uuelando cum ducentis et eo amplius nauibus per sequanam ascendunt, et castellum in insula quę oscellus dicitur a nortmannis constructum, et eosdem nortmannos obsident, ad quorum obsidentium uidelicet locarium quinque milia libras argenti cum animalium atque annonę summa non modica de regno suo ne depraedaretur exigi karolus praecepit, et sequanam transiens, meidunum super ligerim adit rodbertum cum placitis honoribus recipit. Qua occasione guntfridus et gozfridus quorum consilio karolus praefatum rodbertum receperat cum suis complicibus gentilia mobilitate et inolita consuedine a karolo ad salomonem brittonum ducem deficiunt. Interea danorum pars altera cum sexaginta nauibus per sequanam in fluuium tellas ascendunt, indeque ad obsidentes castellum perueniunt, et eorum societate iunguntur, obsessi autem famis inędia et miserię omnis squalore compulsi, sex milia libras inter aurum et argentum obsidentibus donant, eisque sociantur, et sic per sequanam usque ad mare descendunt, quos imminens hiemps ingredi mare prohibuit. Vnde per singulos portus se ab ipso loco usque parisius secundum suas sodalalitates diuidunt. Vuelandus autem per sequanam usque ad castrum milidunum cum sociis suis ascendit. Castellum uero cum uuelando filio fossatis monasterio occupant. Hincmarus durocorthori remorum archiepiscopus synodo conprouintiali apud martyrium sanctorum crispini et crispiniani secus ciuitatem suessionis rothadum ipsius urbis episcopum reguli sedeasticis obedire nolentem episcopali priuatus communione secundum decreta canonum, donec obędiat. Karolus dimisso filio suo ludouuico sub adalardi yrminthrudis reginę auunculi baiulatione ad custodiam regni contra nortmannos a quibusdam inuitatus, quasi regnum prouintię adepturus, quoniam karolus lotharii quondam imperatoris filius inutilis atque inconueniens regio honori et nomini ferebatur; cum uxore burgundiam usque ad ciuitatem matescentium peragrat, ubi rebus parum prospere gestis, et depraecationibus plurimis populo terrę ingestis, pontigonem palatium ~~ad~~redit, ibique missaticum ex parte ludouuici fratris sui et lotharii nepotis sui ab aduentio mettensium ciuitatis episcopo et leutardo comite delatum audit, eosque absoluit, et diem natalis dominici festiue ut moris est celebrat. **DCCCLXII**. Karolus per remi ciuitatem suessionis uenit, ubi non incerto nuntio comperit, quia filia eius iudith scilicet ędelboldi regis anglorum, quę possessionibus uenditis quas in anglorum regno optinuerat; ad patrem rediit, et in silua nectis ciuitatem debito reginae honore sub tuitione paterna et regia, atque episcopali custodia seruabatur, donec si se continere non posset, secundum

De Iudith filia regis Karoli et Balduino ferreo

apostolum scilicet competenter ac legaliter nuberet balduinum comitem ipso lenocinante, et fratre suo ludouuico consentiente mutato habitu est secuta. Sed et quia ludouuicus filius eius a praefatis guntfrido sollicitatus relictis fidelibus patris cum paucis noctu aufugit, et transfuga ad se sollicitantes peruenit. Vnde rex karolus episcopos et cęteros regni sui primores consulens, post mundanę legis iudicium canonicam in iamdictum balduinum et iudith, quę cum fure cucurrit, et adulteri portionem se fecit, secundum edicta beati gregorii, ut si quis uiduam in uxorem furatus fuerit, et consentientes ei anathema sint, depromi sententiam ab episcopis petiit. Abbaciam quoque sancti martini quam inconsulte p̄scripto filio suo ludouuico donauerat, non satis consulte hucberto clerico coniugato donauit. Indeque silua nectum perexit, ubi dum inmoraretur expectans ut ad eum populus conueniret quatenus aciebus dispositis ex utrisque suis ripis singulę aquae isara scilicet matrona et sequana custodirentur, ne nordmanni in praedam ire ualerent, nuntium accepit qu ad an norum electi de his qui in fossatis resederant cum paruis nauibus meldensium ciuitatem adirent. Ipse autem cum eis quos secum habuit, illo pergere maturauit. Et quoniam pontibus nortmannis destructis, et nauibus occupatis eos adire non poterat, necessario usus consilio; pontem ad insulam secus treiectum reficit, et nortmannis descendendi aditum intercludit, scaras nihilominus ex utraque ripa matronę ad custodiam deputat. Qua de re nortmanni ualde constricti, obsides electos et karolo missos ea conditione donant, ut omnes captiuos quos cęperant postquam matronam intrauerant sine mora aliqua redderent, et aut aliis nortmannis constituto die placiti a sequanę recedentes mare peterent, aut si alii cum eis redire non uellent, una cum exercitu karoli detractantes, ire bello abpeterent,

sicque datis decem obsidibus sunt ad suos redire permissi. Et post viginti circiter dies ipse Weland ad Karolum veniens illi se commendavit et sacramenta cum eis quos secum habuit suavi praebuit. Indeque ad naves regressus cum omni Danorum navigio usque ad Gemeticum ubi illorum naves statuerunt reficere et vernale equinoctium expectare descendit. Refectis navibus Dani mare petentes per plures classes se dividunt et pro ut cuique visum est in diversa velificant. Maior autem pars Brittanos qui Salomone duce habitant in Ustria petit, quibus et illi iunguntur qui in Hispania fuerant. De quibus Rodbertus duodecim naves quas Salomon in contrarietate eius locario(?) conduxerat in fluvio Ligeri capit, omnesque qui in illo fuere navigio interfecit praeter paucos qui fuga lapsi delituerunt. Rodbertus autem Salomonem sustinere non valens cum praefatis Nortmannis qui de Sequana exierunt, antequam eos Salomon sibi adversus eum adscisceret, utrimque obsidibus in sex milibus argenti contra eundem Salomonem convenit. Weland cum uxore et filiis ad Karolum venit et christianus cum suis efficitur. Carlomannus Hludowici regis Germaniae filius concessa sibi a patre regni portione quam pridem invaserat et dato sacramento ne amplius inde sine patris voluntate invaderet cum patre pacificatur. Hludowicus denique filius Karoli regis consilio Guntfridi atque Gozfridi Salomonem adit, validam Brittonum manum obtinet et cum eis Rodberti patris fidelem impetit, Andegavum et alios quos adire potuit pagos caede, igni et depraedatione devastat. Rodbertus siquidem Brittones redeuntes cum maxima depraedatione aggreditur et plusquam ducentos Brittonum primores occidit et praedam excutit. Quem iterum Hludowicus bello quaerit, in fuga ab eo vertitur et dispersis sociis vix evasit.

Karolus rex Aquitanorum Karoli regis filius necdum quindecim annos complens persuasione Stephani relictam Humberti comitis sine voluntate et conscientia patris in coniugem ducit. Sed et sepefatus Hludowicus frater ipsius Karoli e vestigio in ipso quadragesimae sanctae initio filiam Harduini quondam comitis, sororem scilicet Odonis, fratris multum complacitam sibi coniugem copulat. Karolus omnes primores regni sui ad locum qui Pistis dicitur, ubi ex una parte Andella et ex altera Andura Sequanam influunt, circa Kalendas Iunii cum multis operariis et carris convenire facit et Sequana munitiones construens ascendendi vel descendendi navibus propter Nortmannos aditum intercludit.

Ipse cum uxore super Ligerim in loco qui Maidunus dicitur datis per suos sacramentis cum Karolo filio loquitur et eo quasi subdito sed voce submissa et animo contumaci e recto in Aquitaniam remeante, ipse ad Pistis quo placitum simul et synodum ante condixerat redit et inter operandum de sanctae ecclesiae ac regni negotiis cum fidelibus suis tractat. Ubi Rothadus Suessionum episcopus homo singularis amentiae in synodo provinciali regulariter episcoporum communione privatus cum sua se contumacia .viii. provinciarum concilio praesentavit. Quem sanctus conventus ne deponeretur penitus sub appellatione sedis apostolicae servare disposuit, sed isdem postea eiusdem concilii iudicium inde appellaverat expetens, constitutis duodecim ab eadem synodo iudicium exequendi iudicibus. Novus pharao propter sui cordis duritiam et vetera secula repraesentans homo mutatus in beluam propter designatos excessus gestorum sirie continentem, quia corrigi noluit, in suburbio Suessionum civitatis deponitur. Interea contigit miraculum in civitate Morinensi. Nam cuiusdam civis ipsius urbis mancipium mane in die assumptionis sanctae Mariae vestitum lineum quod camisium vulgo vocatur levigare incipiens, ut illud dominus suus ad missam procedens paratum portare quivisset, ad primum ictum quo levigam imprimens traxit vestimentum sanguineum est effectum, sicque quoties idem mancipium levigam traxit sanguis est subsecutus, usque quo illud vestimentum totum iacenti sanguine est infectum.

Quod vestimentum Hunfridus venerabilis ipsius civitatis episcopus ad se fecit deferri et in eadem ecclesia ad testimonium reservari. Et quia eadem festivitas ab incolis parrochiae illius non feriebatur et celebrari et feriari debito honore ab omnibus eandem sollempnitatem praecepit.

Hludowicus qui a patre dudum defecerat ad eum redit et veniam ab eo sed et ab episcopis pro suis excessibus postulans patri de cetero fore fidelem districtissimis sacramentis se obligat. Cui pater comitatum Meldensem et abbatiam sancti Crispini donans cum uxore de Niustria ad se venire praecepit. Hunfrido super quem Warengaudus infidelitatem miserat petentibus suis fidelibus ne confligat bello concessit ipsumque et Warengaudum pacificat. Hludowicus rex Germaniae Hlotharium nepotem suum apud Magontiam accersiens petiit ut cum eo contra Winidos qui appellantur adversus regulum cum apparatu hostili pergit, qui se primum iturum promisit, post vero a promissione sua defecit. Hludowicus autem relicto in patria Karolo filio qui nuper uxorem Erchangarii comitis filiam duxerat, Hludowicum filium suum secum ducens aggreditur Winedos.

Unde quibusdam amissis primoribus et nichil prospere gestis sub obtentu obsidum ad Franconofurth palatium super Moenum fluvium. Dani magnam eius regni partem caede et igni vastantes praedantur. Sed et hostes antea illis populis inexperti qui Ungri vocantur regnum eiusdem populantur. Hlotharius Waldradam concubinam maleficiis ut ferebatur artibus dementatus et ipsius pellicis per quam uxorem suam Theotbergam abiecerat caeco amore illectus, faventibus sibi Liutfrido avunculo suo et Wualtario, qui vel ab hoc maxime illi erant familiares, et quod nefas est dictu quibusdam etiam regni sui episcopis consentientibus coronat et quasi in coniugem et reginam sibi amicis dolentibus atque contradicentibus copulat. Hincmarus Remorum episcopus veniente Karolo rege in eandem civitatem accitus cum provincialibus

N
miraculum
tuenne

sicque, datis decem obsidibus sunt ad suos redire permissi. Et post uiginti circiter dies ipse uuelandus ad karolum ueniens illi se commendauit, et sacramenta cum eis quos secum habuit suatim prębuit, indeque ad naues regressus, cum omni danorum nauigio usque ad gemeacum ubi illorum naues statuerunt reficere, et uernale ęquinoctium expectare descendit. Refectis nauibus dani mare petentes per plures classes, se diuidunt et pro ut cuique uisum est in diuersa uelificant, maior autem ut pars brittanos qui salomone duce habitant iniustria petit, quibus et illi iunguntur qui in hispania fuerant, de quibus rodbertus duodecim naues quas salomon in contrarietatem eius locario iure conduxerat in fluuio ligeri capit, omnesque qui in illo fuere nauigio interfecit praeter paucos, qui fuga lapsi delituerunt. Rodbertus autem salomonem sustinere non ualens, cum p̄fatis nortmannis qui de sequana exierunt antequam eos salomon sibi aduersus eum adsciseret, utrimque obsidibus in sex milibus argenti contra eundem salomonem conuenit. Vuelandus cum uxore et filiis ad karolum uenit, et christianus cum suis efficitur. Carlomannus ludouuici regis germanię filius concessa sibi a patre regni portione quam pridem inuaserat, et dato sacramento ne amplius inde sine patris uoluntate inuaderet cum patre pacificatur. Hludouuicus denique filius karoli regis consilio guntfridi atque gozfridi salomonem adit, ualidam brittonum manum optinet, et cum eis rodbertum patris fidelem impetit, andegauum, et alios, quę adire potuit pagos cede, igni, et depraedatione deuastat. Rodbertus siquidem brittones redeuntes cum maxima depraeedatione adgreditur, et plus quam ducentos brittonum primores occidit, et prędam excutit. Quem iterum ludouuicus bello quęrit, in fugam ab eo uertitur, et dispersis sociis uix euasit. Karolus rex aquitanorum karoli regis filius necdum quindecim annos complens persuasione stephani relictam humberti comitis sine uoluntate et conscientia patris in coniugem ducit. Sed et sępefatus ludouuicus frater ipsius karoli e uestigio in ipso quadragesimę sanctę initio filiam harduini quondam comitis sororem scilicet odonis sui multum complaciti sibi coniugem copulat. **K**arolus horum pater omnes primores regni sui ad locum qui pistis dicitur, ubi ex una parte andella, et ex altera andura sequanam influunt. Circa iunii kalendas cum multis operariis et carris conuenire facit, et sequana munitiones construens, ascendendi uel descendendi nauibus propter nortmannos aditum intercludit. Ipse cum uxore super ligerim in loco qui maidunus dicitur datis per suos sacramentis cum karolo filio loquitur, et eo quasi subdito sed uoce submissa et animo contumaci erecto in aquitaniam remeante. Ipse ad pistis quo placitum simul et synodum ante condixerat redit, et inter operandum de sanctę ecclesię ac regni negotiis cum fidelibus suis tractat. Vbi rothadus suessorum episcopus, homo singularis amentię in synodo prouinciali regulariter episcoporum communione priuatus, cum sua se contumatia IIIIor prouinciarum concilio praesentauit, quem fraternus conuentus ne deponeretur penitus sub appelatione sedes apostolicę seruare disposuit, sed isdem post eiusdem concilii iudicium inde appellauerat expetens, constitutis duodecim ab eadem synodo iudicii exequendi iudicibus. Nouus pharao propter sui cordis duritiam et uetera sęcula repraesentans homo mutatus in beluam propter designatos excessus gestorum sirię continentur, quoniam corrigi noluit. In suburbio suessorum ciuitatis deponitur. Interea contigit miraculum in ciuitate mormensi. Nam cuiusdam ciuis ipsius urbis mancipium mane in die assumptionis sanctae MARIĘ uestitum lineum quod camisium uulgo uocatur, leuigare incipiens, ut illud dominus suus ad missam procedens paratum portare quiuisset, ad primum initium quo leuigam imprimens traxit; uestimentum sanguineum est effectum, sicque quotiens idem mancipium leuigam traxit sanguis est subsecutus, usquequo illud uestimentum totum reiacenti sanguine est infectum. Quod uestimentum hunfridus uenerabilis ipsius ciuitatis episcopus ad se fecit deferri, et in eadem ecclesia ad testimonium reseruari. Et quoniam eadem festiuitas ab incolis parrochię illius non feriebatur, et celebrari et feriari debito honore ab omnibus eandem sollempnitatem praecoepit. Hludouuicus qui a patre dudum defecerat, ad eum redit, et ueniam ab eo sed et ab episcopis pro suis excessibus postulans, patri de cętero fore fidelem districtissimis sacramentis se obligat. Cui pater comitatum meldensem et abbaciam sancti crispini donans cum uxore de niustria, et ad se uenire praecepit. Hunfrido super quem uuarengaudus infidelitatem miserat petentibus suis fidelibus, ne confligat bello concessit, ipsumque et uuarengaudum pacificat. Ludouuicus rex germanię, lotharium nepotem suum apud mogontiam accersiens petiit, ut cum eo contra uuinodos qui appellantur aduersus regulum cum apparatu hostili pergat, qui se primum iturum promisit; post uero a promissione sua defecit. Hludouuicus autem relicto in patria karolo filio quoniam nuper uxorem ercangarii comitis filiam duxerat, hludouuicum filium suum secum ducens aggreditur uuinedos. Vnde quibusdam amissis primoribus et nichil prospere gestis, sub optentu obsidum ad franconofurth palatium super moenum fluuium. Dani magnam regni eius partem cede, et igni uastantes prędantur. Sed et hostes antea illis populis inexperti qui ungri uocantur, regnum eiusdem populantur. **H**lotharius uualdradam concubinam maleficis ut ferebatur artibus dementatus, et ipsius pelicis pro qua uxorem suam theotbergam abiecerat, cęco amore illectus fauentibus sibi liutfrido auunculo suo et uualtario, qui uel ab hoc maxime illi erant familiares, et quod nefas est dictu, quibusdam etiam regni sui episcopis consentientibus coronat, et quasi in coniugem et reginam sibi amicis dolentibus atque contra dicentibus copulat. **H**incmarus remorum episcopus ueniente karolo rege in eandem ciuitatem accitis conprouincialibus

miraculum teruennę

suis episcopis, matrem ecclesiam ipsius provinciae in honore sanctae Mariae sicut et antiqua fuerat sacrata venerabiliter dedicat. Hludowicus rex Germaniae directis missis blandiloquis ad fratrem suum Karolum obviam sibi in territorium Tullensem venire petit. Et quia Karolus cum Lothario antea loqui noluit, quam fratri suo causas diceret, quae ei in Lothario displicebant, non mediocri querela inde sermonibus est conflictum. Tandem Karolus cum episcopis qui secum erant Ludowico et episcopis qui erant cum eo scripto capitulatim ostendit, pro quibus Hlothario communicare nolebat, nisi profiteretur quod inde aut certam redderet rationem, aut secundum auctoritatem dignam ostenderet emendationem. Post quam professionem sub hac convenientia Karolus et episcopi qui cum eo erant in communionem Hlotharium receperunt. Et scriptas a consiliariis recitatas annuntiationes quas de illorum conventu debuerunt populo nuntiare, usi consilio praecipue Ludowicus et Lotharius Chuonradi sui consiliarii, Karoli autem avunculi, qui superciliosa sed frivola et nec sibi adeo nec pluribus proficua more sueta scientia nitebatur, ne innotescerent populo causae quas Karolus Lothario reputabat, penitus reiecerunt. Verum Karolus contra eorum vota omnibus pleniter notum fecit, quia pro uxore contra evangelicam et apostolicam auctoritatem relicta et alia ducta, et quia uxori Bosonis et Balduino qui filiam eius furatus fuerat in uxorem excommunicatis communicaverat, Hlothario ante praedictam professionem communicare nolebat. Sicque condicentes placiti sui conventus in futuro mense Octobrio in confinio Mosomagensis et Vonzensis comitatus ab invicem secesserunt. Hludowicus ad reconciliandum vel ad resistendum filio suo Karlomanno, qui auxiliante Refeccio Winidorum regulo contra patrem rebellaverat, Baioariam petit. Karolus de Tullensi territorio per Pontigonem inde secus littora Matronae fluminis Carisiacum revertitur, ibique dominici natalis diem reverentissime celebrat.

Item de Bald. et Judith

DCCCLXIII. Dani mense Ianuario per Renum versus Coloniam navigio ascendunt, et depopulato emporio quod Dorestatus dicitur, sed et villam non modicam ad quam Frisii confugerant, occisis multis Frisiorum negotiatoribus, et capta non modica populi multitudine, usque ad quandam insulam secus castellum Novesium perveniunt. Quibus Lotharius ex una parte Reni cum suis, et Saxones ex alia parte adgrediuntur, et usque circa kalendas ~~aprilis~~ consident. Unde idem Dani consilio Rorici sicut accesserant et recedunt. Karolus Lotharii imperatoris filius et rex provinciae diu epilemptica infirmitate vexatus moritur. Hludowicus frater eius Italiae vocatus imperator provinciam venit, et quos potuit ipsius regni primores sibi conciliavit. Hoc audito Lotharius illuc pergit, et mediantibus inter eos domesticis et amicis illorum, placitum quo simul redeant et de ipso regno apud se tractant. Hludowicus Italiam, Hlotharius in regnum suum revertitur. Karolus rex Cinomannis civitatem adit, indeque usque ad monasterium quod Interamnis dicitur procedit. Ubi Salomon dux Brittonum cum primoribus suae gentis illi obviam venit, seque illi commendat et fidelitatem iurat, omnesque primores Brittaniae iurare facit, et censum illius terrae secundum antiquam consuetudinem illi exsolvit. Cui Karolus ob fidelitatis suae meritum partem terrae quae inter duas aquas dicitur, et abbatiam sancti Albini in beneficium donat. Gozfridum et Roricum atque Heriveum ceterosque qui ab eo nuper sicut et saepe defecerant recipit, et cum indulgentia honoribus donat. Indeque Cinomannis revertitur, et pascha domini celebrat. Hunfridus Gothiae marchio sine conscientia Karoli regis factione solito more Tolosanorum, qui comitibus suis eandem civitatem supplantare sunt soliti, Tolosam Reimundo subripit et sibi usurpat. Karolus rex de partibus transsequananis regrediens, Liutardum Papiae episcopum de parte Ludowici imperatoris Italiae, et Gebahardum Spiren episcopum de parte Ludowici fratris sui regis Germaniae, et Nantharium comitem de parte Lotharii nepotis sui accipit pro pace petentibus, quam idem Karolus semper servare voluit, quantum infestatio contrariorum sibi permisit. Sed et alium missum fratris sui Ludowici nomine Bligarium accipit, petentem ut Karlomannum filium eius a Resticio Winido desertum et se fugatum, si ad illum venerit, non recipiat. Quem non longo post tempore desertum atque deceptum a suis sub conditione sacramenti pater suus Ludowicus recepit, et secum in libera custodia tenuit. Karolus missos domni apostolici Nicolai, Raduoldum scilicet Portuensem episcopum et Iohannem Ficoclensem episcopum satis honorifice Suessionis in monasterio sancti Medardi recipit, quos aliquandiu secum retinuit, et concessa Balduino qui ad limina apostolorum confugium fecerat indulgentia, pro cuius obtentu venerant, cum epistolis ad apostolicam sedem redire muneratos absolvit.

Item de Bald.

Idem autem apostolicae sedis legati Mettis adeunt, synodum habituri ex delegatione apostolica circa medium mensem Iunium pro divortio quod inter Hlotharium et uxorem suam Theotbergam acciderat, et pro superinductione concubinae Waldradae, quam contra leges ecclesiasticas et mundanas in uxorem sibi adsciverat. In qua synodo praefati missi corrupti muneribus, epistolas domni apostolici occultantes, nichil de his quae sibi commendata fuerunt secundum sacram auctoritatem egerunt. Ut autem aliquid viderentur egisse, Guntharium Coloniensem archiepiscopum et Theutgaudum Treverensem atque archiepiscopum cum veniis quas in eadem synodo subscripserunt episcopi regni Lotharii factione Haganonis versuti et cupidissimi Italicae regionis episcopi Romam ire iusserunt, ut iudicio domni apostolici ipsa causa diffiniretur. Domnus apostolicus quae acta fuerant plene cognoscens, et Radoaldum similiter cupiditate in Constantinopoli cum Zacharia socio suo episcopo nuper corruptum dampnare volens, synodum convocavit. Quod sentiens Radoaldus noctu fuga lapsus disparuit. Guntharius

suis episcopis, matrem ecclesiam ipsius prouintię in honore sanctae MARIAE sicut et antiqua fuerat sacrata uenerabiliter dedicat. **H**ludouuicus rex germanię directis missis blandiloquis ad fratrem suum karolum obuiam sibi in teritorium tullensem uenire petit. Et quia karolus cum lothario ante aloqui noluit quam fratri suo causas diceret, quę ei in lothario displicebant, non mediocri quęrela inde sermonibus est conflictum. Tandem karolus cum episcopis qui secum erant ludouuico et episcopis qui erant cum eo scripto capitulatim ostendit pro quibus hlothario communicare nolebat, nisi profitetur quod inde aut certam redderet rationem, aut secundum auctoritatem dignam ostenderet emendationem, postquam professionem sub hac conuenientia karolus et episcopi qui cum eo erant in communionem hlotharium receperunt. Et scriptas ac consiliariis recitatas annuntiationes quas de illorum conuentu debuerunt populo nuntiare, usi consilio p̄cipue ludouuicus et lotharius chuonradi sui consiliarii karoli autem auunculi qui superciliosa sed friuola et nec sibi adeo nec pluribus proficua more sueta scientia nitebatur, ne innotescerentur populo causae, quas karolus lothario reputabat penitus reiecerunt. Uerum karolus contra eorum uota omnibus pleniter notum fecit quia pro uxore contra euuangelicam et apostolicam autoritatem relicta et altera ducta, et quia uxori bosonis

Item de Balduino et Iudith

et balduino qui filiam eius furatus fuerat in uxorem excommunicatis communicauer̄ hlothario ante praedictam professionem communicare nolebat, sicque condicentes placitum sui conuentus in futuro mense octobrio in confinio moso magensis et uonzensis comitatus abinuicem secesser̄. Hludouuicus ad reconciliandum uel ad resistendum filio suo karlomanno qui auxiliante refeccio uuinidorum regulo contra patrem rebellauerat baioariam petiit, karolus de tullensi territorio per pontigonem inde secus littora matronę fluminis carisiacum reuertitur ibique dominici natalis diem reuerentissime celebrat.

DCCCLXIII Dani mense ianuario per renum uersus coloniam nauigio ascendunt, et depopulato emporio quod dorestatus dicitur, sed et uillam non modicam ad quam frisii confugerant, occisis multis frisiorum negotiatoribus, et capta non modica populi multitudine, usque ad quandam insulam secus castellum nouesium perueniunt, quibus lotharius ex una parte reni cum suis, et saxones ex alia parte adgrediuntur, et usque circa kalendas ~~aprilis~~ consident. Vnde idem dani consilio rorici sicut accesserant; et recedunt. Karolus lotharii imperatoris filius et rex prouintię diu epelemptica infirmitate uexatus moritur, hludouuicus frater eius italię uocatus imperator prouintiam uenit, et quos potuit ipsius regni primores sibi conciliauit. Hoc audito lotharius illuc pergit, et mediantibus inter eos domesticis et amicis illorum, placitum quo simul redeant et de ipso regno apud se tractant. Hludouuicus italiam, hlotharius in regnum suum reuertitur. **K**arolus rex cinomannis ciuitatem adit, indeque usque ad monasterium quod interannis dicitur procedit. Vbi salomon dux brittonum cum primoribus suę gentis illi obuiam uenit, seque illi commendat, et fidelitatem iurat, omnesque primores brittannię iurare facit, et censum illius terrę secundum antiquam consuetudinem illi exsoluit. Cui karolus ob fidelitatis suę meritum partem terrę quę inter duas aquas dicitur, et abbatiam sancti albini in beneficium donat. Gozfridum et roricum atque heriueum ceterosque qui ab eo nuper sicut et sepe defecerant recipit, et cum indulgentia honoribus donat. Indeque cinomannis reuertitur, et pascha domini celebrat. Hunfridus gothię marchio sine conscientia karoli regis factione solito more tolosanorum qui comitibus suis eandem ciuitatem supplantare sunt soliti, tolosam reimundo subripit et sibi usurpat. Karolus rex de partibus transsequananis regrediens, liutardum papiae episcopum de parte ludouuici imperatoris italię, et gebahardum spiren episcopum de parte ludouuici fratris sui regis germanię, et nantharium comitem de parte lotharii nepotis sui accipit pro pace petentibus quam idem karolus semper seruare uoluit quantum infestatio contrariorum sibi permisit. Sed et alium missum fratris sui ludouuici nomine blitgarium accipit, petentem ut karlomannum filium eius a restitio uuinido desertum et se fugatum si ad illum uenerit, non recipiat. Quem non longo post tempore desertum atque deceptum a suis sub conditione sacramenti, pater suus ludouuicus recepit, et secum in libera custodia tenuit.

Item de Balduino

Karolus missos domni apostolici nicolai raduuoldum scilicet portuensem episcopum et iohannem ficoclensem episcopum satis honorifice suessionis in monasterio sancti medardi recipit, quos aliquamdiu secum retinuit, et concessa balduino qui ad limina apostolorum confugium fecerat indulgentia pro cuius obtentu uenerant, cum epistolis ad apostolicum sedem redire muneratos absoluit. Idem autem apostolicę sedis legati mettis adeunt, synodum habituri ex delegatione apostolica circa medium mensem iunium pro diuortio quod inter hlotharium et uxorem suam theothergam acciderat, et pro superinductione concubinę uualdradę quam contra leges ecclesiasticas et mundanas in uxorem sibi adsciuerat. **I**n qua synodo p̄fati missi corrupti muneribus, epistolas domni apostolici occultantes, nichil de his quę sibi commendata fuer̄ secundum sacram auctoritatem egerunt. Vt autem aliquid uiderentur egisse, guntharium colonensem archi episcopum et theutgandum treuerensem atque archi episcopum cum ueniis quas in eadem synodo subscripser̄ episcopi regni lotharii factione haganonis uersuti et cupidissimi italicę regionis episcopi, romam ire iusserunt, ut iudicio domni apostolici ipsa causa diffiniretur. Domnus apostolicus quę acta fuerant plene cognoscens, et radoaldum similiter cupiditate in constantinopoli cum zacharia socio suo episcopo nuper corruptum dampnare uolens, synodum conuocauit, quod sentiens radoaldus noctu fuga lapsus disparuit. Guntharius

uero et theutgaud roma peruenientes. primum in synodo et postea in ecclesia sci PETRI sicut habetur in subditis sunt ab apostolico dampnati. Nicolaus eps seruus seruorum di reuerentissimis et sanctissimis confratribus nris hincmaro remensi et uuaniloni rotomagensi seu omnibus confratribus nris archiepis et epis in regno karoli gloriosi regis consistentibus. Scelus quod lotharius rex si tamen rex ueraciter dici possit qui nullo salubri regimine corporis appetitus refrenat sed lubrica eneruatione magis ipsius illicitis motibus cedit in duabus feminis theotberga scilicet et uualdrada commisit omnibus manifestum est. Sed et dudum epos theotgaudum et guntharium in tali facto eum habuisse auctores atque fautores pene totus nobis orbis undique ad limina seu sedem confluens apostolicam referebat absentibus quoque id ipsum nris scribentibus apostolatui. quod nos tanto credere renuimus quanto de epis tale quid audire nullatenus sperabamus. donec ipsi roma tempore concilii uenientes coram nobis et sca synodo tales inuenti sunt quales fuerant a multis sepissime predicati. Ita ut scriptura quam suis stipulauerant manibus quaque uolebant ut nos roboraremus cyrographo caperentur. Et dum muscipulam innocentibus opponere satagerent in insidiis suis illaqueati sunt. sicque completum est do auctore quod in prouerbiis legitur. frustra iacitur rete ante oculos pennatorum. Siquidem ipsi obligati sunt et ceciderunt, nos uero qui in hoc flagitio falso cecidisse dicebamur. faciente dno eum iustitie pro pugnatoribus. resurreximus et erecti sumus. Igitur decernente nobiscum sca synodo in presentia depositi et ab officio sacerdotali excommunicati atque a regimine episcopatus alienati indubitanter existunt. Unde ura fraternitas canonum normam custodiens et decretorum sanctiones obseruans. caueat ne hos quos nos abiecimus recipere in sacerdotum cathalogo presumat. Depositionis autem sententia quam in predictos theotgaudum et guntharium protulimus cum ceteris capitulis que sco concilio nobiscum sanciente promulgauimus. inferius annexa monstrabit.

CAP I. De synodo in mettensium urbe a theogaudo et gunthario archiepis congregata penitus abolenda. Synodum que nuper idest sub piissimo imperatore hludouuico in indictione undecima mense iunio in metensium urbe ab epis qui nrm preuenerant iudicium collecta est. quique apostolice sedis instituta tenere uiolarunt. ex tunc et nunc et in eternum iudicamus esse cassatam. et cum ephesino latrocinio reputatam apostolica auctoritate imperpetuum sancimus esse dampnandam. Nec uocari synodum sed tamquam adulteris fauentem prostibulum appellari decernimus. II.

Depositio theotgaudi et gunthari archiepor. Theotgaudum treuerensem primatem belgice prouintie et guntharium agrippine colonie epos. Nunc coram nobis et sca synodo sub gestorum insinuatione qualiter causam lotharii regis et duarum mulierum eius theotberge scilicet et uualdrade recognouerint et iudicauerint. scriptum super hoc proprius roboratum manibus offerentes. nichilque se plus uel minus aut aliter egisse proprio multis coram positis affirmantes. et sententiam quam a sede apostolica in ingiltrudem uxorem bosonis sanctissimus frater nr mediolanensis archieps tado et ceteri coepi nri petiuerant emittendam. et nos diuino succensi zelo sub anathematis obtestatione canonice protuleramus. publice una uoce se uiolasse profitentes. in quibus omnibus inuenimus eos apostolicas atque canonicas sanctiones in pluribus excessisse. et equitatis normam nescisse temerasse. omni iudicamus sacerdotii officio manere alienos. sps sci iudicio et beati petri per nos auctoritate omni episcopatus exutos regimine consistere diffinientes. quod si iuxta precedentem consuetudinem tamquam epi ausi fuerint aliquid de sacro ministerio contingere. Nullo modo liceat eis nec in alia synodo restitutionis spem aut locum habere satisfactionis sed et comunicantes eis omis abici de ecclesia. et maxime si postea quam didicerant aduersus memoratos prolatam fuisse sententiam eisdem comunicare temptauerint.

III De ceteris epis.

Ceteri autem epi qui complices horum theotgaudi scilicet et gunthari uel sectatores esse feruntur. si cum his coniuncti seditiones coniurationes uel conspirationes fecerint. uel si a capite idest a sede petri illis herendo dissenserint. pari cum eis dampnatione teneantur obstricti. Quod si cum sede apostolica unde eos principium episcopatus sumpsisse manifestum est. sapere de cetero per semetipsos uel missis ad nos legatis cum scriptis suis se professi extiterint. nouerint sibi a nobis ueniam non negandam. Nec amissione honorum suorum pro retroactis presumptionibus aut subscriptionibus quas in profanis fecerunt gestis per nos ullomodo formidandam.

IIII De Ingeltrude.

~~Ingeltrudem~~ filiam quondam matfridi comitis que bosone proprio uiro relicto ecce iam per septem circiter annos hac atque illac uagabunda discurrit. nuper cum fautoribus suis regulariter anathematizauimus. sed propter contumaces eam iterato anathematis duximus uinculis innodandam. Sit igitur a patre et filio et spu sco uno et uero do. et ab omnibus scis patribus et ab uniuersa sca di catholica et apostolica ecclesia et a nobis penitus anathema cum omnibus complicibus comunicatoribus atque auxiliatoribus suis. Ita ut sicut iam decreuimus. siquis ei comunicare uel fauere in aliquo presumpserit. siquidem clericus fuerit eodem uinculo constrictus. officium clericatus amittat. Monachi uero et laici si inobedientes decreto presenti fuerint. similiter anathematizentur. Sane si eadem mulier ad uirum suum reuersa fuerit. uel apostolicam beati petri sedem romam properans accesserit. ueniam ei post dignam satisfactionem procul dubio non denegabimus. Verumtamen sub priori uinculo anathematis quo illam prius et nunc obligauimus. interim constricta permaneat. Siquis autem eidem ingeltrudi ad apostolicam beati petri sedem romam specialiter properanti et occurrenti

uero et theutgaudus romam peruenientes, primum in synodo et postea in ecclesia sancti PETRI sicut habetur in subditis sunt ab apostolico dampnati. Nicolaus episcopus seruus seruorum dei reuerentissimis et sanctissimis confratribus nostris, hicmaro remensi et uuaniloni rotomagensi, seu omnibus confratibus nostris archiepiscopis, et episcopis in regno karoli gloriosi regis consistentibus. Hlota uer bum notabile Scelus quod lotharius rex, si tamen rex ueraciter dici possit, qui nullo salubri regimine corporis appetitus refrenat, sed lubrica eneruatione magis ipsius illicitis motibus cedit in duabus feminis theotberga scilicet et uualdrada commisit, omnibus manifestum est. Sed et dudum episcopos theotgaudum et guntharium in tali facto eum habuisse auctores atque factores pene totus nobis orbis undique ad limina seu sedem confluens apostolicam referebat absentibus quoque id ipsum nostro scribentibus apostolatui, quod nos tanto credere rennuimus, quanto de episcopis tale quid audire nullatænus sperabamus, donec ipsi romam tempore concilii uenientes, coram nobis et sancta synodo tales inuenti sunt, quales fuerant a multis sępissime praedicati. Ita ut scriptura quam suis stipulauerant manibus, quamque uolebant ut nostro roboraremus cyrographo caperentur. Et dum muscipulam innocentibus opponere satagerent, insidiis suis illaqueati sunt; sicque completum est deo auctore quod in prouerbiis legitur, frustra iacitur rete ante oculos pennatorum; Siquidem ipsi obligati sunt et ceciderт̄. Nos uero qui in hoc flagitium falso cecidisse dicebamur, faciente domino cum iustitię pro pugnatoribus resurreximus et erecti sumus. Igitur decernente nobiscum sancta synodo in p̄sentia depositi et ab officio sacerdotali excommunicati atque a regimine episcopatus alienati indubitanter existunt. Unde uestra fraternitas canonum normam custodiens et decretorum sanctiones obseruans, caueat ne hos quos nos abiecimus recipere in sacerdotum cathalogo p̄sumat; Depositionis autem sententia quam in praedictos theotgaudum et guntharium protulimus, cum cęteris capitulis quę sancto concilio nobiscum sanciente promulgauimus, inferius annexa monstrabitur.

CAPITULUM I. De synodo in mettensium urbe ab theotgaudo et gunthario archiepiscopis congregata penitus abolenda. **S**ynodum quę nuper idest sub piissimo imperatore hludouuico per indictionem undecimam mense iunio in metensium urbe ab episcopis qui nostrum pręuenerant iudicium collecta est quique apostolicę sedis instituta tenere uiolar̄, ex tunc et nunc et in ętnum iudicamus esse cassatam, et cum ephesino latrocinio reputatam apostolica auctoritate in perpetuum sancimus esse dampnandam; Nec uocari synodum, sed tamquam adulteris fauentem prostibulum appellari decernimus. **II.**

Depositio theotgaudi et guntharii ~~e~~archiepiscoporum. Theotgaudum treuerensem primatem belgicę prouintię, et guntharium agrippinę colonię episcopos. Nunc coram nobis et sancta synodo sub gestorum insinuatione qualiter causam lotharii regis et duarum mulierum eius theotbergę scilicet et uualdradę recognouerint et iudicauerint, scriptum super hoc propriis roboratum manibus offerentes, nichilque se plus uel minus aut aliter egisse proprio multis coram positis affirmantes, et sententiam quam a sede apostolica in ingiltrudem uxorem bosonis sanctissimus frater noster mediolanensis archiepiscopus tado et cęteri coepiscopi nostri petiuerant emittendam, et nos diuino succensi zelo, sub anathematis obtestatione canonicę protuleramus, publice uiua uoce se uiolasse confitentes, in quibus omnibus inuenimus eos apostolicas atque canonicas sanctiones in pluribus excessisse, et ęquitatis normam nequiter temerasse, omni iudicamus sacerdotii officio manere alienos, spiritus sancti iudicio et beati petri per nos auctoritate omni episcopatus exutos regimine consistere diffinientes, quod si iuxta praecedentem consuetudinem tamquam episcopi ausi fuerint aliquid de sacro ministerio contingere. Nullo modo liceat eis nec in alia synodo restitutionis spem aut locum habere satisfactionis, sed et communicantes eis omnes abici de ecclesia, et maxime si postea quam didicerant aduersus memoratos prolatam fuisse sententiam eisdem communicare temptauerunt.

Ceteri autem episcopi qui complices **III. DE CETERIS EPISCOPIS.** horum theotgaudi scilicet et guntharii uel sectatores esse feruntur, si cum his coniuncti seditiones coniurationes uel conspirationes fecerint, uel si a capite, id est a sede petri illis hęrendo dissenserint, pari cum eis dampnatione teneantur obstricti. Quod si cum sede apostolica unde eos principium episcopatus sumpsisse manifestum est, sapere de cętero per semetipsos uel missis ad nos legatis cum scriptis suis se professi exstiterint, nouerint sibi a nobis ueniam non negandam. Ne ammissionem honorum suorum pro retroactis praesumptionibus aut subscriptionibus quas in profanis fecerunt gestis per nos ullo modo formidandam.

Ingildrudem filiam **IIII. DE INGILDRUDE.** quondam mactifredi comitis qui bosone proprio uiro relicto ecce iam per septem circiter annos hac atque illac uagabunda discurrit, nuper cum factoribus suis regulariter anathematizauimus, sed propter contumaces eam iterato anathematis duximus uinculis innodandam. Sit igitur a patre et filio et spiritu sancto uno et uero deo, et ab omnibus sanctis patribus et ab uniuersa sancta dei catholica et apostolica ecclesia et a nobis penitus anathema cum omnibus complicibus communicatoribus atque auxiliatoribus suis, ita ut sicut iam decreuimus, si quis ei communicare uel fauere in aliquo praesumpserit, si quidem clericus fuerit eodem uinculo constrictus, officium clericatus amittat. Monachi uero et laici si inobędientes decreto presenti fuerint, similiter anathematizentur. Sane si eadem mulier ad uirum suum reuersa fuerit, uel apostolicam beati petri sedem romam properans accesserit, ueniam ei post dignam satisfactionem proculdubio non denegabimus. Verumtamen sub priori uinculo anathematis quo illam prius et nunc obligauimus, interim constricta permaneat. Si quis autem eidem ingiltrudi ad apostolicam beati petri sedem romam specialiter properanti uel occurrenti

nesciꝰ comunicauerit. aut sciens opem inueniendo
prestiterit. nullo p hoc uinculo teneatur annexus.

SV. DE SENTENTIIS ATQ; INTERDICTIS SEDIS

Si quis dogmata. mandata. intdicta. APLICAE.
sanctiones. uel decreta p catholica fide. p ecclesi-
astica disciplina. p correctione fideliū. p emenda-
tione sceleratorū. uel intdictione imminentium.
uel futurorū malorū a sedis aplicę psule salubriter
pmulgata contēpserit anathema sit. Optamus
scitatem urām in xpo bene ualere. Karolus. viii.
kl̄ nouemb synodum inuermeria palatio habuit.
ibiq; abbatiam sci carilephi sup rodbtum cinomani-
cę urbis qui eam paplicę cōmendationē iuri sui epo-
patus mancipatā tenere uolebat. legalit euindica-
uit. & rothadū nup depositū sicut domnꝰ papa ei
mandauerat cum suis & epōrum litteris atq; uica-
rius romam misit. Iudith filiam suam p depcatio-
nem domni aplici ad pacem. & legatum mahomoth
regis saracenorum. cum multis & magnis munerib;
ac litteris de pace & federe amicali loquentibus
sollēpni more suscepit. quem cum honore & debito
saluamento ac subsidione cessario in silua nectis
ciuitate oportunum tempus quo remitti honorifice
ad regem suum posset opperiri disposuit. Indeq;
cum ualida manu & ad recipiendū uirtute filium
suum karolū. si alit nollet uenire hostilit uersus aqui-
taniā pgit. & ad autisiodorū ciuitatē usq; puenit.
ibiq; filiam suam iudith sicut domnꝰ aplicus eū petie-
rat consilio fideliū suorū balduino quē secuta fuerat
legalit coniugio sociari pmisit. Inde niuernū ciui-
tatē perexit. ubi filium suū karolū ad se uenientem
recepit. & sibi fidelitatē & debitā subiectionē pro-
mitti sacramēto precepit. & omīs primores aquitanię
iterū sibi iurari fecit. Duo quoq; normanni qui
nup cum uuelando xpianitatē dolo ut tunc dicebatr
& post claruit. postulante de nauib; exierū sup eū
infidelitate miserunt. quorū unus secundū gentis
suę morem coram rege cū eo negante contendens
armis illum in certamine interfecit. Interea
tristi nuntio cōperit qđ normanni pictauis ue-
nerant. & sub redēptionis ciuitate seruata ecclesiā
sci hilarii magni confessoris incendunt. Natale autē
dnī in eodem loco secus niuernū ciuitatē ubi filiū
suum receperat celebrauit. [illegible] Karolꝰ
aquitanios hostilit contra normannos qui ecclesiā
sci hilarii incenderunt disposito exercitu ire pcipiens
filium & equiuocū filiū suū karolū secū ducens cōpen-
diū rediit. missos suos ad recipiendos ciuitates & cas-
tella in gothia misit. normanni aruernū ciuitatē
petunt. ubi stephanū hugonis filiū cum paucis suorū
intfectum. impune ad suas naues redeunt. Pippinus
pippini filius ex monacho laicus & apostata factus.

se normannis coniungit. & ritum eorū seruat. Karolꝰ
iuuenis quem pater nuper ab aquitania receptū cōpen-
dium secum duxerat. noctu rediens de uenatione. in sil-
ua cotia iocari cum aliis iuuenibus & coęuis suis putans.
operante diabolo ab albuino iuuene in capite spatha
pcutitur pene usq; ad cerebrū. que plaga a tympore si-
nistro usq; ad malū dexterę maxillę puenit. Hlotharius
lotharii filius de omni regno suo quattuor denarios ex omi
manso colligens. summā denariorū cum multa pensione
farinę atq; pecorū. necnon uini ac sicerę rodulfo norman-
no herioldi filio ac suis locarii nomine tribuit. Hluduuicꝰ
impator italię nominatꝰ. incentore gunthario ad suam
iniuriam referens. qđ legatos sui fratris hlotharii p ipsius
fiduciā & interuentionē romā directos aplicus ut supra
memorauimus degradauit. seq; ipsum furore n capiens.
comitatibus secū eisdem legatis. theutgaudo atq; guntha-
rio cum coniuge. romā ea intentione pgit. quatenꝰ aut
papa romanus idem restituerentr epi. aut facere nolenti.
noxie quodāmodo manū mitteret. Quod audiens
aplicus. cum letaniis generale ieiuniū sibi & romanis
indixit. ut ds aplorum suffragiis pfato impatori mentē
bonam & reuerentiā erga diuinū cultū & aplicę sedis
auctoritatem donaret. Impatore autē pueniente ro-
mam. & secus basilicā beati petri degente. clerus & po-
pulus romanus cū crucibus & letaniis ieiuniū celebran-
tes. beati PETRI memoriā adeunt. & ab hominib; impe-
ratoris cum gradꝰ ante basilicā beati petri ceperunt
ascendere. in terram pstrati. & uariis ictibus flagellati.
& crucib; ac uexillis confractis. qui euadere potuerunt
fugati sunt. In quo tumultu. & crux mirabilis & ueneranda
a scę memorię helena decentissime fabricata. in qua
lignum uiuificę crucis posuit. & scō petro munere max-
imo contulit. confracta & in lutum piecta est. Unde
a quibusdam ut fertur anglorū gentis hominib; collecta.
& custodibus reddita est. Quę flagitia ut aplicus in la-
teranensi palatio degens comperit. & paulo post illum
capiendum non incerto nuntio didicit. latentr nauem
intrauit. & p tyberim ad ecclesiam sci petri se contulit.
ubi duob; dieb; ac noctib; sine cibo ac potu mansit. Intea
homo cuius psūptione pfata crux ueneranda cfracta
fuerat moritur. & impator febre corripitur. quapropter
coniugem ad aplicum mittit. Cuius fidei iussione aplicus
ad impatorem uenit. & habita mutua sermocinatione. sicut
int eos conuenit. aplicus romā ad lateranense palatiū
rediit. Tunc impator guntharium & theotgaudū degrada-
tos ut secum uenerant franciā redire pcepit. Tunc
guntharius hec diabolica capitula & hactenus inaudita
quę cū hac pfatione quando romā ut pmisimus in ludouui-
ci obsequio rediit. epis regni hlotharii misit p hilduinū
fratrem suum clericū. adiunctis ei suis hominib; aplico
misit. dans illi in mandatis. ut si aplicus illa nollet reci-
pere. sup corpus beati petri ea iactaret. Scis ac uenerandis

Jtē de Balđ
& Judith

nescius communicauerit, aut sciens opem in ueniendo prȩstiterit, nullo pro hoc uinculo teneatur annexus.

V. DE SENTENTIIS ATQUE INTERDICTIS SEDIS

Si quis dogmata mandata, interdicta, **APOSTOLICAE.** sanctiones uel decreta pro catholica fide, pro ecclesiastica disciplina, pro correctione fidelium, pro emendatione sceleratorum, uel interdictione imminentium, uel futurorum malorum a sedis apostolicȩ praesule salubriter promulgata contempserit, anathema sit. Optamus sanctitatem uestram in christo bene ualere. Karolus VIII kalend. nouembr. synodum in uermeria palatio habuit, ibique abbatiam sancti carilephi super rodbertum cinnomanni cȩ urbis qui eam per apostolicȩ commendationem iuri sui episcopatus mancipatam tenere uolebat; legaliter euindicauit, et rothadum nuper depositum sicut domnus papa ei mandauerat cum suis et episcoporum litteris atque uicariis romam misit, iudith filiam suam per dep̄catione domni apostolici ad pacem, et legatum mahomoth regis saracenorum, cum multis et magnis muneribus ac litteris de pace et fȩdere amicali loquentibus sollempni inore suscepit, quem cum honore et debito saluamento ac subsidione cessario in silua nectis ciuitate oportunum tempus quo remitti honorifice ad regem suum posset opperiri disposuit. Indeque cum ualida manu et ad recipiendum uirtute filium suum karolum, si aliter nollet uenire hostiliter uersus aquitaniam pergit, *

Item de Balduino et Iudith

et ad autisiodorum ciuitatem usque peruenit, ibique filiam suam iudith sicut domnus apostolicus eum petierat consilio fidelium suorum balduino quem secuta fuerat legaliter coniugio sociari permisit. Inde niuernum ciuitatem perexit, ubi filium suum karolum ad se uenientem recepit, et sibi fidelitatem et debitam subiectione promitti sacramento prȩcepit, et omnes primores aquitaniȩ iterum sibi iurari fecit. Duo quoque nortmanni qui nuper cum uuelando christianitatem dolo ut tunc dicebatur et post claruit, postulante de nauibus exierū super eum infidelitate miserunt, quorum unus sȩcundum gentis suȩ morem coram rege cum eo negante contendens armis illum in certamine interfecit. Interea tristi nuntio comperit quod normanni pictauis uenerant, et sub redemptionis ciuitate seruata ecclesiam sancti hilarii magni confessoris incendunt. Natale autem domini in eodem loco secus niuernum ciuitatem ubi filium suum receperat, celebrauit. **DCCCLXIIII.** Karolus aquitanios hostiliter contra nortmannos qui ecclesiam sancti hilarii incenderunt disposito exercitu ire p̄cipiens filium et equiuocum ~~filium~~ suum karolum secum ducens conpendium rediit, missos suos ad recipiendas ciuitates et castella in gothia misit, nortmanni aruernum ciuitatem petunt, ubi stephanum hugonis filium cum paucis suorum interfectum, impune ad suas naues redeunt. Pippinus pippini filius ex monacho laicus et apostata factus, se nortmannis coniungit, et ritum eorum seruat. Karolus iuuenis quem pater nuper ab aquitania receptum conpendium secum duxerat, noctu rediens de uenatione, in silua cotia iocari cum aliis iuuenibus et coeuis suis putans, operante diabolo ab albuino iuuene in capite spatha percutitur pene usque ad cerebrum, quȩ plaga a tympore sinistro usque ad malum dexterȩ maxillȩ peruenit. Hlotharius lotharii filius de omni regno suo quattuor denarios ex omni manso colligens, summam denariorum cum multa pensione farinȩ atque pecorum, necnon uini ac sicerȩ rodulfo nortmanno herioldi filio ac suis locarii nomine tribuit. Hludouuicus imperator italiȩ nominatus, incentore gunthario ad suam iniuriam referens, quoniam legatos sui fratris hlotharii per ipsius fidutiam et interuentionem romam directos apostolicus ut supra memorauimus degradauit, seque ipsum furore non capiens, comitantibus secum eisdem legatis, theutgaudo atque gunthario cum coniuge, romam ea intentione pergit, quatenus aut papa romanus idem restituerentur episcopi, aut facere non uolenti, noxie quodammodo manum mitteret. Quod audiens apostolicus, cum lȩtaniis generale ieiunium sibi et romanis indixit, ut deus apostolorum suffragiis p̄fato imperatori mentem bonam et reuerentiam erga diuinum cultum et apostolicȩ sedis auctoritatem donaret. Imperatore autem perueniente romam, et secus basilicam beati petri degente, clerus et populus romanus cum crucibus et lȩtaniis ieiunium celebrantes, beati PETRI memoriam adeunt, et ab hominibus imperatoris cum gradus ante basilicam beati petri ceperunt ascendere, in terram prostrati, et uariis ictibus flagellati, et crucibus ac uexillis confractis, qui euadere potuerunt fugati sunt. In quo tumultu, et crux mirabilis et ueneranda a sanctȩ memoriȩ helena decentissime fabricata, in qua lignum uiuificȩ crucis posuit, et sancto petro munere maximo contulit, confracta et in lutum proiecta est. Unde a quibusdam ut fertur anglorum gentis hominibus collecta, et custodibus reddita est. Quȩ flagitia ut apostolicus in lateranensi palatio degens comperit, et paulo post illum capiendum non incerto nuntio didicit, latenter nauem intrauit, et per tyberim ad ecclesiam sancti petri se contulit, ubi duobus diebus ac noctibus sine cibo ac potu mansit. Interea homo cuius p̄sumptione p̄fata crux ueneranda confracta fuerat moritur, et imperator febre corripitur, quapropter coniugem ad apostolicum mittit. Cuius fidei iussione apostolicus ad imperatorem uenit, et habita mutua sermocinatione, sicut inter eos conuenit, apostolicus romam ad lateranense palatium rediit. Tunc imperator guntharium et theutgaudum degradatos, ut secum uenerant frantiam redire p̄cepit. Tunc guntharius hec diabolica capitula et hactenus inaudita quȩ cum hac p̄fatione quando romam ut p̄misimus in ludouuici obsequio rediit, episcopis regni hlotharii misit per hilduinum fratrem suum clericum, adiunctis ei suis hominibus apostolico misit, dans illi in mandatis, ut si apostolicus illa nollet recipere, super corpus beati petri ea iactaret. Sanctis ac uenerandis

fratribus et coepiscopis Guntharius atque Theogaudus in domino salutem. Rogamus suppliciter carissimam fraternitatem vestram ut nobis pro vobis assidue orantibus sacrarum precum solatia instanter impendatis, et ne turbemini neque terreamini, si vobis quae fama sinistre de nobis aut vobis sinisterius nuntiat. Confidimus de domini nostri clementissima bonitate, quia neque in rege nostro neque in nostris opitulante deo inimicorum praevalebunt insidiae, neque gaudebunt de nobis adversarii nostri. Nam quamvis domnus Nicolaus, qui dicitur papa et qui se apostolum inter apostolos adnumerat totiusque mundi imperatorem se facit, ad illorum instinctum et votum quibus conspirat favere dinoscitur, nos dampnare voluisset, tamen modis omnibus Christo propitio suae insaniae repugnantes invenit, et quicquid inde fecit non mediocriter illum postmodum penituit. Misimus vobis haec subscripta capitula, quibus cognoscatis nostram adversus praefatum pontificem querimoniam. Nos autem egressi a Roma longiusque recedentes, iterum ad Romam revocati sumus; quo nos incipientes reverti, has vobis litteras scripsimus, ut non miremini quod longiores agimus moras. Dominum regem nostrum tam per nos ipsos quam per nostros missos et litteras sepius instare et confortare, eique quocumque potestis amicos et fideles conciliate, maxime Hludowicum regem admonendo saepe invitate et cum illo de communi utilitate diligenter inquirite, quia in pace eorum regni erit pax nostra. Aequo animo estote et tranquillo corde, domini fratres, quia deo volente talia vobis nuntiare speramus, in quibus errore poteritis advertere spiritu domini docente, quid et quomodo agere debeatis. Tantum omnimodis praefatum regem commonere curate, ut inter varias suggestiones ita maneat immobilis, donec et ipse rerum causas ignoscat. Ceterum desiderantissimi fratres, necessarium vobis est et laude dignum, ut promissam regi nostro fidem coram deo et hominibus inviolabiliter conservemus. Deus omnipotens nos in suo sancto servitio conservare dignetur. CAP. I.

Audi, domne papa Nicolae. Patres et fratres coepiscopi nostri ad te nos direxerunt et nos sponte venimus, consulere videlicet et tuum magisterium super his quae per nos parti nostrae visum fuit et iudicavimus et approbavimus, notum esse potuit iudicium, auctoritates rationesque quas secuti fuimus scriptis ostendentes, ut tua sapientia perscrutatis omnibus quid inde sentiret et quid vellet nobis demonstraret. Et si melius illud tua sciret invenire, ut nos instrueret et doceret, hoc humiliter postulantes, parati quicquid rectius et probabilius insinuares unacum fratribus nostris sanius adquiescere docuimus. II. Sed nos per tres ebdomadas tuum expectantes responsum, nihil certitudinis nihilque doctrinae nobis expressisti, sed tantum quodam die in publico dixisti nos excusabiles apparere et innocentes iuxta nostri assertionem libelli. III. Ad ultimum



nos evocati ad tuam presentiam deducti sumus, nihil adversi timentes suspicantes. Ibique obseratis ostiis conspiratione more latrocinali facta et ex clericis et laicis turba collecta et permixta nos opprimere inter tantos violenter studuisti, atque sine synodo et canonico examine, nullo accusante, nullo testificante, nullaque disputationis discretione dirimente vel auctoritatum probatione convincente, absque nostri oris confessione, absentibus aliis metropolitanis et diocesaneis coepiscopis et confratribus nostris, extra omnium omnino consensum. IIII. Sed tuam maledictam sententiam a paterna benignitate alienam, a fraterna karitate extraneam, adversum nos iniuste et inrationabiliter contra leges canonicas prolatam nequaquam recipimus, ymmo omni cum fraterno coetu quasi maledictum frustra prolatum contempnimus atque abicimus. Te ipsum quoque dampnatis et anathematizatis sacraeque religionis abicientibus ac contempnentibus faventem et communicantem in nostram communionem nostrumque consortium recipere nolumus, contempti totius ecclesiae communione et fraterna societate, quantum arroganter te super exaltans despicis, teque ab ea elationis tumore indignum faciens sequestras. V.

Igitur ex tuae levitatis temeritate proprio tibi in te sententia anathematis peste inflixisti, exclamans quod apostolica praecepta non servanti anathema sit, quae tu multipliciter violare et violasse dinosceris, divinas leges simul et sacros canones quantum in te est evacuans, praedecessorumque tuorum pontificum romanorum vestigia sequi nolens.

VI. Nunc quia fraudulentiam et calliditatem tuam experti sumus, non quasi adillatam nobis contumeliam provocati sumus, sed contra tuam iniquitatem zelo accensi. Nec nostrae vilitatis personam attendentes, sed omnem nostri ordinis universitatem cui vim inferre conaris pre oculis habentes. VII. Quid nostrae specialis propositionis summa fuerit, in paucis replicamus. Lex divina et canonica aptissime probat, et sanctae et venerandae saeculi leges adstipulantur, quod nulli liceat ingenuam virginem alicui viro tradere in concubinatum, maxime si illa puella numquam inlicite adsentire copulae voluit, et quia suo viro parentum consensu fide affectu ac dilectione coniugali sociata est, uxor profecto non concubina habenda sit. Apostolicus autem hec cognito haec recipere noluit. Supra scriptum autem Hilduinus armatus cum hominibus Guntharii ecclesiam beati PETRI apostoli sine ulla reverentia intrans, diabolicum scriptum sicut sibi frater Guntharius eius praeceperat, si apostolicus illud nollet recipere, super corpus beati PETRI iactare voluit. Et a custodibus prohibitus, eosdem custodes cum fustibus tam ipse quam et sui complices verberare ceperunt, adeo ut unus ibidem occisus fuerit. Et ipsum scriptum super corpus beati PETRI iactavit, seque isdem et qui cum eo venerunt evaginatis gladiis septi egressi de ecclesia exierunt, et ad Guntharium pacto lugendo negotio redierunt. Imperator autem post paucos dies patratis a comitatu suo multis depredationibus et mansionum destructionibus ac sanctimonialium ceterarumque feminarum stuprationibus atque hominum cedibus necnon et ecclesiarum infractionibus, roma exiens ravennam venit, ibique pascha dominicum cum tali sicut meruit dei et apostolorum gratia celebravit. Guntharius autem in ipsa cena domini coloniam veniens missas celebrare et sacrum chrisma conficere, ut homo sine deo praesumpsit. Theutgaud

fratribus et coepiscopis, guntharius atque theogaudus in domino salutem; Rogamus suppliciter carissimam fraternitatem uestram ut nobis pro uobis assidue orantibus sanctarum p̄cum solatia instanter impendatis, et ne turbemini neque terreamini pro his quę fama forte de nobis a uobis sinisterius nuntiat. Confidimus de domini nostri clementissima bonitate, quia neque in regem nostrum neque in nos opitulante deo inimicorum p̄ualebunt insidię neque gaudebunt de nobis aduersarii nostri. Nam quamuis domnus nicolaus qui dicitur papa et qui se apostolum inter apostolos adnumerat, tociusque mundi imperatorem se facit, ad illorum instinctum et uotum quibus conspiratus fauere dinoscitur nos dampare uoluisset, tamen modis omnibus christo propitio suę insaniae renitentes inuenit, et quicquid inde fecit, non mediocriter illum postmodum penituit. Misimus uobis hęc subscripta capitula, quibus cognoscatis nostram aduersus p̄fatum pontificem querimoniam. Nos autem egressi a roma longiusque recedentes, iterum ad romam reuocacati sumus, quo nos incipientes reuerti, Has uobis litterulas scripsimus, ut nos miremini quod longiores agimus moras. Dominum regem nostrum tam per uos ipsos quam per uestros missos et litteras sepius uisitate et confortate, eique quocumque potestis amicos et fideles conciliate, maxime hludouicum regem admonendo semper inuitate, et cum illo de communi utilitate diligenter inquirite, quoniam in pace eorum regnum erit pax nostra. Aequo animo estote et tranquillo corde domini fratres, quia deo uolente talia uobis nuntiare speramus, in quibus absque errore poteritis aduertere spiritu domini docente, quid et quomodo agere debeatis. Tantum omnimodis p̄fatum regem commonere curate, ut inter uarias suggestiones ita maneat immobilis, donec et ipse rerum causas ignoscat. Ceterum desiderantissimi fratres necessarium uobis est et laude dignum, ut promissam regi nostro fidem coram deo et hominibus inmolabiliter conseruemus. Deus omnipotens uos in suo sancto seruitio conseruare dignetur. CAP**. I.**

Audi domne papa nicolae, patres et fratres coepiscopi nostri ad te nos direxert̄, et nos sponte uenimus consulere uidelicet tuum magisterium super his quę pariter prout nobis uisum fuit et adicientibus et approbantibus notum esse potuit iudicauimus, auctoritates rationesque quas secuti fuimus scriptis ostendentes, ut tua sapientia perscrutatis, omnibus quid inde sentiret et quid uellet nobis demonstraret. Et si melius illud tua sanctitas inueniret ut nos instrueres et doceres, hoc humiliter postulamus, parati quicquid rectius et probabiliter insinuares una cum confratribus nostris, sanis adquiescere documentis. **II. S**ed nos per tres ebdomadas tuum exspectantes responsum, nihil certitudinis nihilque doctrinę nobis expressisti, sed tantum quodam die in puplico dixisti, nos excusabiles apparere et innocentes iuxta nostri adsertionem libelli. **III. A**d ultimum nos euocati, ad tuam p̄sentiam deducti sumus, nihil aduersitatis suspicantes. Ibique obserratis ostiis, conspiratione more latrocinali facta, et ex clericis et laicis turba collecta et permixta nos opprimere inter tantos uiolenter studuisti, atque sine synodo et canonico examine, nullo accusante, nullo testificante, nullaque disputationis discretione dirimente, uel auctoritatum probatione conuincente, absque nostri oris confessione absentibus aliis metropolitanis et diroccsaneis coepiscopis et confratribus nostris, extra omnium omnino consensum. IIII. Sed tuam maledictam sententiam a paterna benignitate alienam, a fraterna karitate extraneam, aduersum nos iniuste et inrationabiliter contra leges canonicas prolatam nequaquam recipimus, ymmo omni cętu fraterno quasi maledictum frustra prolatum contempnimus atque abicimus. Te ipsum quoque dampnatis et anathematizatis sacramque religionem abicientibus ac contempnentibus fauentem et communicantem in nostram communionem nostrumque consortium recipere nolumus, contempti totius ęcclesię communionem et fraternam societatem quantum arroganter te superexaltans despicis, teque ab ea elationis tumore indignum faciens sequestras. U.

Igitur ex tuę leuitatis temeritate, propria tibimet sententia anathematis pestem inflixisti exclamans, qui apostolica p̄cepta non seruat anathema sit, quę tu multipliciter uiolare et uiolasse dinosceris, diuinas leges simul et sacros canones quantum int̄ est euacuans, p̄decessorum tuorum pontificum romanorum uestigia sequi nolens.

UI **N**unc ergo quia fraudulentiam et calliditatem tuam experti sumus, non quasi ad illatam nobis contumeliam prouocati sumus, sed contra tuam iniquitatem zelo accensi. Nec nostrae uilitatis personam attendentes, sed omnem nostri ordinis uniuersitatem cui cum inferre conaris prae oculis habentes. UII **Q**uid nostrae specialis propositionis summa fuerit, in paucis replicamus. Lex diuina et canonica apertissime probat, etiam et uenerandę seculi leges adstipulantur, quod nulli licet ingenuam uirginem alicui uiro tradere in concubinatum, maxime si illa puella nunquam inlicite adsentire copulę uoluit, et quia suo uiro parentum consensu fide affectu ac dilectione coniugali sociata est; uxor profecto, non concubina habenda sit. Apostolicus autem p̄cognitus hec recipere noluit. **S**uprascriptus autem hilduinus, armatus cum hominibus guntharii, ęcclesiam beati PETRI apostoli sine ulla reuerentia intrans, diabolicum scriptum sicut suus frater guntharius ei p̄ceperat, si apostolicus illud nollet recipere super corpus beati PETRI iactare uoluit. Et a custodibus prohibitus, eosdem custodes cum fustibus tam ipse quam et sui complices uerberare ceperunt, adeo ut unus ibidem occisus fuerit. Tunc ipsum scriptum super corpus beati PETRI iactauit, seque isdem et qui cum eo uener̄ euaginatis gladiis se protegentes de ęcclesia exier̄, et ad guntharium peracto lugendo negotio redier̄. Imperator autem post paucos dies, patratis a comitatu suo multis dep̄dationibus; et mansionum destructionibus; ac sanctimonialium ceterarumque feminarum constuprationibus atque hominum cedibus, necnon et ęcclesiarum infractionibus, roma exiens rauennam uenit, ibique pascha dominicum cum tali sicut meruit dei et apostolorum gratia cęlebrauit. Guntharius autem in ipsa cena domini coloniam ueniens missas celebrare, et sacrum chrisma conficere ut homo sine deo p̄sumpsit. Theutgaudus

nero a ministerio sicut ei fuerat praeceptum se reverenter abstinuit. Ceteris denique episcopis apud Hlotharium id satagentibus, episcopatum Agimthario Hlotharius tulit, et suo tantum consilio Hugoni Chuonradi Karoli regis avunculo, materterae suae filio, tonsura clerico et ordinatione tantummodo subdiacono, moribus autem et vita a fideli laico discrepanti donavit. Unde motus Guntharius, quicquid de thesauro ecclesiastico in eadem civitate fuit residuum auferens, Romam iterum ut omnia Hlotharii et sua figmenta de Theutberga et Waldrada apostolico ex ordine pandat regreditur. Sed et episcopi regni Hlotharii legatos suos cum libellis penitentiae et professionibus canonicis, quoniam ab evangelica veritate et apostolica auctoritate sacrisque regulis in causa Theutbergae ac Waldradae non mediocriter deviaverant, ad apostolicum dirigunt. Hlotharius vero Ratoldo Argentoratensis urbis episcopo cum scriptis falsa more suo de sua excusatione et voluntaria correctione loquentibus praemisso ad apostolicum, ipse per Gundulfi villam et Romerici montem obviam fratri suo ad locum qui Urba dicitur vadit. Karolus cum epistolis per Rodbertum Cinomannicae urbis episcopum Romam, sicut apostolicus iusserat, Rothadum dirigit. Sed et episcopi regni eius vicarios suos cum synodicis litteris de causa ipsius Rothadi ad apostolicam sedem mittunt. Quibus Hludowicus transitum denegat; ipsi autem legati tam regis quamque episcoporum impossibilitatis suae causas Romam veniendi clanculo papae cognitas faciunt. Rothadus simulata infirmitate Vesontio ceteris patriam repedantibus remanet, et post aliorum regressum per curiam suffragantibus sibi Lotharii et Hludowici Germaniae regis fautoribus Hludowicum imperatorem Italiae adiit, quatenus ipsius solatio Romam valeat pervenire. Missi regis Karoli parum per quibus missi fuerant utilitatis agentes a negotio revertuntur, et Humfrido dimisso Tholosa ac Gotia provincia in partes Italiae transeunte, iterum alios missos ad recipiendas civitates et castella Karolus ad Tholosam et in Gotiam mittit. Hludowicus rex Germaniae hostiliter obviam Bulgarorum cagano nomine qui se christianum fieri velle promiserat pergit; inde ad componendam Winidorum marcam, si se prosperari viderit, procinctus. Northmanni qui cum plurimo navigio in Flandris appulerunt, resistentibus sibi pagensibus, per Rhenum ascendunt, et vicinia regnorum Lotharii ac Hludowici ex utraque ripa ipsius fluminis vastant. Karolus Kalendis iunii in loco qui Pistis dicitur generale placitum habet, in quo annua dona, sed et censum de Brittannia a Salomone Brittanorum duce sibi directum more praedecessorum suorum, quinquaginta scilicet libras argenti recipit, et firmitates in Sequana, ne Northmanni per idem flumen possint ascendere, ibidem fieri iubet. Capitula etiam ad triginta et septem consilio fidelium suorum more praedecessorum ac progenitorum suorum regum constituit, et ut legalia per omne regnum suum observari praecepit. Pippinus apostata a Northmannorum collegio ab Aquitanis ingenio capitur, et in eodem placito praesentatur, et primum a regni primoribus ut patriae et christianitatis proditor, et demum generaliter ab omnibus ad mortem diiudicatur, et in Silvanectis artissima custodia religatur. Bernardus, Bernardi quondam tyranni carne et moribus filius, licentia regis accepta de eodem placito quasi ad honores suos profecturos, super noctem armata manu regreditur, et in silva se occulens, ut quidam dicebant, Rodbertum et Ranulfum regis fideles malitiis occidere, locum et horam expectat. Quod regi innotuit, et mittens qui eum caperent et ad praesentiam illius adducerent, fuga sibi consuluit. Unde iudicio suorum fidelium honores quos ei dederat rex recepit, et Rodberto fideli suo donavit. Egfridus qui transactis temporibus cum Stephano filium et aequivocum regis ab obedientia paterna subtraxerat, a Rodberto capitur et regi in eodem placito praesentatur. Cui rex per deprecationem ipsius Rodberti ceterorumque suorum fidelium quod in eum commiserat perdonavit, et sacramento firmatum ac sua gratia muneratum in lesum abire permisit. Karolus a loco qui Pistis dicitur revertens intrat Compendium circa Kalendas iulii, missum Mohomet regis Sarracenorum, qui ante hiemem ad se venerat, muneratum cum plurimis et maximis donis per suos nuntios ad eundem regem satis honorifice remittit. Karlomannus filius Hludowici regis Germaniae, qui in libera custodia cum patre suo morabatur, simulans se venatum ire, a patre fuga labitur, et marcas sibi a genitore ablatas cum consensu marchionum qui eum tradiderant reoccupat. Quem pater e vestigio insequens sub firmitatum conditionem ad se venire facit, et ei honores donat. Indeque revertens versus palatium Franconoford in quodam broilo cervum venans de caballo cadit, et costis lesus in vicino monasterio iacet, filiumque suum Hludowicum ad praedictum palatium ubi uxor eius erat praemittit, ipseque in brevi convalescens subsequitur. Nicolaus papa denuo epistolas per omnes archiepiscopos et episcopos Galliarum, Germaniarum et Belgicae provinciae mittit pro confirmatione depositionis Theutgaudi Treverorum et Guntharii Coloniensis archiepiscoporum, sed et aliis episcopis qui ex regno Hlotharii in divortio Theutbergae et super inductione concubinae Waldradae consenserunt, et ad eum cum professione sua miserunt epistolas, suas indulgentiam largientes, sicut in scripto superius continente promiserat, dedit. Synodum Romae convocat circa Kalendas novembris, indicans se in ea eorundem olim archiepiscoporum depositionem denuo confirmaturum et tractaturum de causa Hlotharii et Ignatii Constantinopolitani episcopi, praecedenti anno depositi, in cuius loco quidam laicus attonsus et mox episcopus est ordinatus. Ad quam synodum praedicti Theutgaudus et Guntharius sponte perrexerunt, putantes Hludowici imperatoris interventu ab apostolico posse restitui. Hludowicus imperator Italiae nominatus a cervo quem in rugitu posito sagittare voluit gravissime vulneratur.

A Nicolao Romanae sedis pontifice per Arsenium apocrisiarium petitur, ut eidem papae legatos suos liceat per quibusdam causis ecclesiasticis ad Karolum mittere. Sed credens quia non sincera intentione adversus eum velit in Franciam missos suos dirigere, contradicit. Hugbertus clericus coniugatus et abbas monasterii sancti Martini, qui sancti Mauritii abbatiam et alios honores Hludowici imperatoris Italiae contra voluntatem ipsius tenebat, ab hominibus eius occiditur, et Theotberga soror eius abiecta Hlotharii ad fidem Karoli venit. Cui Karolus Avennacum monasterium donat, et abbatiam sancti Martini Ingelwino diacono pa-

uero a ministerio sicut ei fuerat p̄ceptum se reuerenter abstinuit. Ceteris denique episcopis apud hlotharium id satagentibus episcopatum a gunthario hlotharius tulit, et suo tantum consilio hugoni et chuonrado karoli regis auunculo materterę suę filio, tonsura clerico et ordinatione tantummodo subdiacono, moribus autem et uita a fideli laico discrepanti donauit. Unde motus guntharius, quicquid de thesauro ęcclesiastico in eadem ciuitate fuit residuum, auferens; romam iterum ut omnia hlotharii et sua figmenta de theutberga et uualdrada apostolico ex ordine pandat regreditur, sed et episcopi regni hlotharii legatos suos cum libellis penitentiae et professionibus canonicis, quoniam ab euangelica ueritate et apostolica auctoritate sacrisque regulis in causa theuberge ac uualdradę non mediocriter deuiauerant, ad apostolicum dirigunt; Hlotharius uero ratoldo argentoratensis urbis episcopo, cum scriptis falsa more suo de sua excusatione et uoluntaria correctione loquentibus p̄misso ad apostolicum, ipse per gundulfi uillam et romerici montem obuiam fratri suo ad locum qui urba dicitur uadit; Karolus cum epistolis per rodbertum cinomannicę urbis episcopum romam sicut apostolicus iusserat rothadum dirigit, sed et episcopi regni eius uicarios suos cum synodicis litteris de causa ipsius rothadi ad apostolicam sedem mittunt. Quibus hludouicus transitum denegat, ipsi autem legati tam regis quamque episcoporum inpossibilitatis suę causas romam ueniendi, clanculo papę cognitas faciunt. Rothadus simulata infirmitate uesontio ceteris patriam repedantibus remanet, et post aliorum regressum per curiam suffragantibus sibi lotharii et hludouici germanie regis fautoribus hludouuicum imperatorem italię adiit, quatenus ipsius solatio romam ualeat peruenire; Missi regis karoli parum pro quibus missi fuerant utilitatis agentes, a negotio reuertuntur, et humfrido dimisso tholosa ac gotia per prouinciam in partes italię, transeunte iterum alios missos ad recipiendas ciuitates et castella karolus ad tholosam et in gotiam mittit. Hludouicus rex germanię hostiliter obuiam bulgarorum cagano nomine qui se christianum fieri uelle promiserat pergit; inde ad componendam uuinidorum marcam si se prosperari uiderit perrecturus;

Flandrę

Northmanni qui cum plurimo nauigio in flandris appuler̄, resistentibus sibi pagensibus per rhenum ascendunt, et uicinia regnorum lotharii ac hludouici ex utraque ripa ipsius fluminis uastant.

Karolus kalendas iunii in loco qui pistis dicitur generale placitum habet, in quo annua dona, sed et censum de brittannia a salomone brittannorum duce sibi directum more p̄decessorum suorum, quinquaginta scilicet libras argenti recipit, et firmitates in sequana ne northmanni per idem fluuium possint ascendere, ibidem fieri iubet. Capitula etiam ad triginta et septem consilio fidelium suorum more p̄decessorum ac progenitorum suorum regum constituit, et ut legalia per omnem regnum suum obseruari p̄cepit. Pippinus apostata a northmannorum collegio ab aquitanis ingenio capitur, et in eodem placito p̄sentatur, et primum a regni primoribus ut patrię et christianis proditor, et demum generaliter ab omnibus ad mortem diiudicatur, et in siluanectis artissima custodia religatur. Bernardus bernardi quondam tyranni carne et moribus filius, licentia regis accepta de eodem placito quasi ad honores suos perrecturos, super noctem armata manum regreditur. Et in silua se occulens, ut quidam dicebant rodbertum et ramnulfum regis fideles malitiis occidere, locum et horam expectat; Quod regi innotuit, et mittens qui eum caperent et ad p̄sentiam illius adducerent, fuga sibi consuluit. Unde iuditio suorum fidelium, honores quos ei dederat rex recepit, et rodberto fideli suo donauit; Egfridus qui transactis temporibus cum stephano filium et equiuocum regis ab obedientia paterna subtraxerat, a rodberto capitur et regi in eodem placito p̄sentatur, cui rex per dep̄cationem ipsius rodberti ceterorumque suorum fidelium, quod in eum commiserat perdonauit, et sacramento firmatum ac sua gratia muneratum, inlesum abire permisit; Karolus a loco qui pistis dicitur reuertens intrat conpendium, circa kalendas iulii missum Mohomet regis sarracenorum qui ante hiemem ad se uenerat, muneratum cum plurimis et maximis donis, per suos nuntios ad eundem regem satis honorifice remittit. Karlomannus filius hludouici regis germanię qui in libera custodia cum patre suo morabatur, simulans se uenatum ire a patre fuga labitur, et marcas sibi a genitore ablatas, cum consensu marchionum qui eum tradiderant reoccupat. Quem pater euestigio insequens sub firmitatum conditionem ad se uenire facit, et ei honores donat. Indeque reuertens uersus palatium franconoford in quodam broilo ceruum uenans de caballo cadit, et costis lesus in uicino monasterio iacet, filiumque suum hludouicum ad p̄dictum palatium ubi uxor eius erat p̄mittit, ipseque in breui conualescens subsequitur. Nicolaus papa denuo epistolas per omnes archi episcopos et episcopos galliarum, germaniarum, et belgicę prouinciae mittit, pro confirmatione depositionis theutgaudi treuerorum et gainthari coloniensis archiepiscoporu sed et aliis episcopis qui ex regno hlotharii in diuortio theutbergę et superinductione concubinę uualdradę consenser̄t, et ad eum cum professione sua miser̄t epistolas suas indulgentiam largientes sicut in scripto superius continente promiserat dedit; Synodum romę conuocat circa kalendas nouembris, indicans se in ea eorundem olim archiepiscoporum depositionem denuo confirmaturum, et tractaturum de causa hlotharii et ignatii constantinopolitani episcopi p̄cedenti anno depositi, in cuius loco quidam laicus attonsus et mox episcopus est ordinatus. Ad quam synodum prędicti theutgaudus et guntharius sponte perrexer̄t, putantes hludouici imperatoris interuentu ab apostolico posse restitui. Hludouicus imperator italię nominatus a ceruo quem in rugitu posito sagittare uoluit, grauissime uulneratur.

parte ipsius apostolici dedit. indeq; ad colloquiū fr̄is sui p̄rexit. & ab eo reuertens p hlotharium in saltu arduenne ċsistentē redit. & generalit̄ p omne regnū suū hoste denuntiata palatiū suū kl̄ aug̃ in carnutū ciuitate ċdixit. in brittanniā sup salomonē ducē brittonū precturus. Interea missis int̄ currentib; eousq; paciscende pacis ē. pducta ċditio. ut a karolo datis obsidib; pasuuithen gener salomonis cui ċsilio plurimū utitur. ad karolū in cōpendiū circa p̄fatas kl̄ aug̃ ueniat. & qđ tunc ibi inuentū & confirmatū utrimq; fuerit teneatur. Populus aut̄ in hoste denuntiat9 interī parat9 domi resideat. usq; quo si necesse fuerit & rex demandauerat. v id kl̄. septēbris carnutū hostilit̄ ueniat. Hludouic9 rex germanie hludouicū filiū suū cū saxonib; & toringis & abodritos hostiliter dirigit. & reliquū populū regni sui paratū ēē p̄cipit. quatenus mox ut ipse iusserit p̄parati mouere possint. Hlotharius suspectū habens karolū. ad hludouicū reuertentē a mettis ciuitate uersus franconofurth pgit. & cū eo pridē sibi satis aduerso se pacificat. filioq; suo de uualdrada hugoni ducatū elisatiū donat. eūq; hludouico cōmdat. ac ceterū regnū suū quasi romā precturus & uualdradā p̄missurus cōmittit. Inde reuertens. hostē ad patrie defensionē p regnū suū indicit quasi ċtra normannos. putans rorigū quē incole qui cokingi nouo nomine dicunt̄ a frasia expulerant cū auxiliatorib; danis reuti. Karol9 datis obsidib; pasuuithen salomonis legatū kl̄ aug̃ in cōpendio suscipit. & ei uicario scilicet salomonis comitatū constantini cū omib; fiscis & uillis regiis & abbatiis in eodē comitatu ċsistentib; ac reb; ubicūq; ad se ptinentib; excepto episcopatu donat. & sacramto p̄moꝝ suoꝝ ċfirmat. & ex parte salomonis a p̄fato ipsius uicario fidelitatis & pacis atq; p̄standi adiutoriū ċtra inimicos suos sacramtū ea ċditione suscipit. ut salomon & filius ei9 cū his que antea habebat hoc donū & iā habeant. & karolo ac filio ei9 fideles existant. Quo patrato negotio. Karol9 synodū apud trecas. viii kl̄ nouēbr auctoritate nicolai pape indicit. & causa uenandi ac expedendi autumnale tēp9 in abbatia sc̄i VEDASTI & in audriaca uilla. ac circū circa morandi disponit.

SYNODUS PROVINCIARUM remensis. rotomagensis. turonensis. sennonū. burdegalensiū. atq; bituricensiū. apud trecas viii kl̄ nouēbr conuenit. Ubi quidā ep̄i ut assolet grā regis karoli uulfado fauentes. quedā ċtra ueritatē & canonū sacrā auctoritatē. aduersus hincmarū moliri cepēr. Sed isdē hincmar9 eorū molitionib; ratione & auctoritate obuians. pluriinorū sententia p̄ualente. rerū gestarum ordinē de quib; agebat̄ cōmuni consensu ep̄lam scriptā p actardū uenerabilē nanetensē ep̄m pape nicolao ep̄i qui ċuenerant transmisēr. Cui ep̄le tenor idē extitit. qui fuit in ep̄la hincmari ep̄i rhemorū. quā p clericos suos sub peregrinorū habitu pp̄t contrariorū uitandas insidias. pcedente iulio mense romā miserat. Ep̄lam aut̄ in p̄scripta synodo factā. & archiep̄oꝝ qui ċuenerant sigillis signatā actardū pferendā suscipiens. cū quib;dam ep̄is ad karolū sicut ipse p̄ceperat redit. Karol9 aut̄ immemor fidelitatis atq; laborū quos p eius honore & regni obtentu sepe fat9 hincmar9 p plures annos subierat. eandē ep̄lam ab actardo sibi dari exegit. & archiep̄oꝝ sigilla ċfringens. gesta synodi relegit. & quia sic̄t uoluerat in eadē synodo hincmar9 n̄ extitit ċfutat9. ep̄lam suo nomine ad nicholaū papā dictari in contrarietatē hincmari fecit. quā & bulla sui nominis sigillauit. & cū ep̄la sinodali p ipsū actardū romā dirrexit. Praefati aut̄ hincmari clerici in m̄se augusto romā uenientes. nicholaū papā iam ualde infirmatū. & in contentione quā ċtra grecorū imperatores michahelē & basiliū. sed & ċtra orientales ep̄os habebat magnópere laborantē inuenēr. Qua pp̄t usq; ad m̄sē octobriū. ibidē s̄t immorati. Nicholaus u° papa gratant̄ suscipiens que hincmar9 scripserat ei. de omib; sibi satis factū esse rescripsit. Sed & alterā ep̄lam eidē & ceteris archiep̄is. & ep̄is in regno karoli ċstitutis transmisit. innotescens p̄fatos grecorū imp̄atores. sed & orientales ep̄os calūpniari sc̄am romanā ecclesiā. immo omnē eccl̄am que latina utitur lingua. quia ieiunam9 in sabbatis. qđ sp̄m sc̄m ex patre filioq; pcedere dicim9. quia p̄rbros sortyri cōiuges p̄hibem9. dicentes ipsi greci qđ chrisma ex aqua fluminis latini ċficiam9. rep̄hendentes nos latinos. qđ viii. ebdomadib; ante pascha a carniū. & vii. ebdomadib; a casei & ouorū esu more suo n̄ cessam9. Dicentes & iam qđ in pascha more iudeoꝝ sup altare parit̄ cū dominico corpore agnū benedicam9 & offeram9. succensentes & iam nos quia clerici apud nos barbas suas radunt. & dicentes quia diacon9 n̄ suscepto presbiterat9 officio. apud nos episcop9 ordinat̄. De quib; omib; p singulas p̄uincias a metropolitanis cū eorū coep̄is sibi rescribi p̄cepit. alloquens eundē hincmarū in ep̄lae fine hoc modo. Tua inquid fr̄ hincmare caritas cū hanc ep̄lam legerit. mox ut & iā alios archiep̄os qui in regno filii n̄ri karoli gloriosi regis ċsistunt deferat̄. sūmópere agere studeat. & ut de his singuli in diocesib; p̄priis unácum suffraganis suis. in cuiuscūq; regno sint ċstituti conuenient tractare. & nobis que reppererint suggerere curent. eos incitare non neglegant. ita ut eorū omiū que p̄sentis ep̄lae nostre circūstantie ċtinet. tu & strenuus exsecutor illic existas. & apud nos uerax & prudens scriptoꝝ tuorū serie relator inueniaris. Data. x kl̄ nouēbr. indictione prima. Quā ep̄lam hincmar9 idus decēbris prime indictionis suscipiens. in corbonaco palatio ċsistenti regi karolo cū pluribus ep̄is relegit. & p alios archiep̄os sicut in mandato acceperat dirigere studuit. Nicholaus papa. idus p̄xime p̄cedentis m̄sis decēb obiit.

parte ipsius apostolici dedit, indeque ad conloquium fratris sui perrexit, et ab eo reuertens per hlotharium in saltu arduennę consistentem rediit, et generaliter per omne regnum suum hoste denuntiata placitum suum kalend. augusti in carnutu ciuitate condixit, in brittanniam super salomonem ducem brittonum perrecturus. Interea missis intercurrentibus, eo usque paciscendę pacis est perducta conditio, ut a karolo datis obsidibus pasuuithen gener salomonis cuius consilio plurimum utitur, ad karolum in conpendium circa p̄fatas kalendas augusti ueniat, et quod tunc ibi inuentum et confirmatum utrimque fuerit teneatur.

Populus autem in hostem denuntiatus interim paratus domi resideat, usquequo si necesse fuerit et rex demandauerat, VIII kalendas septembris carnutum hostiliter ueniat. Hludouicus rex germanię hludouicum filium suum cum saxonibus et toringis et abodritos hostiliter dirigit; et reliquum populum regni sui paratum esse p̄cipit, quatenus mox ut ipse iusserit p̄parati mouere possint. Hotharius suspectum habens karolum, ad hludouicum reuertentem a mettis ciuitate uersus franconofurth pergit, et cum eo pridem sibi satis aduerso se pacificat, filioque suo de uualdrada hugoni ducatum elisatium donat, eumque hludouuico commendat, ac ceterum regnum suum quasi romam perrecturus et uualdradam pręmissurus committit. Inde reuertens, hostem ad patrię defensionem per regnum suum indicit quasi contra nortmannos, putans rorigum quem incolę, qui cokingi nouo nomine dicuntur a frasia expulerant cum auxiliatoribus danis reuerti. Karolus datis obsidibus pasuuithen salomonis legatum kalend. augusti in compendio suscipit, et ei uicario scilicet salomonis comitatum constantini cum omnibus fiscis et uillis regiis et abbatiis in eodem comitatu consistentibus ac rebus ubicumque ad se pertinentibus excepto episcopatu donat, et sacramento primorum suorum confirmat, et ex parte salomonis a p̄fato ipsius uicario fidelitatis et pacis atque p̄standi adiutorium contra inimicos suos sacramentum ea conditione suscipit, ut salomon et filius eius cum his quę antea habebat hoc donum etiam habeant, et karolo ac filio eius fideles existant. Quo patrato negotio, karolus synodum apud trecas VIII. kalendas nouembris auctoritate nicolai papę indicit, et causa uenandi ac expedendi autumnale tempus in abbatia sancti VEDASTI et in audriaca uilla, ac circumcirca morandi disponit.

SYNODUS PROUINTIARUM remensis, rotomagensis, turonensis, sennonum, burdegalensium, atque bituricensium, apud trecas VIII kalendas nouembris conuenit. Ubi quidam episcopi ut assolet gratia regis karoli uulfado fauentes, quedam contra ueritatem et canonum sacram auctoritatem, aduersus hincmarum moliri cęper̄. Sed isdem hincmarus eorum molitionibus ratione et auctoritate obuians, plurimorum sententia p̄ualente, rerum gestarum ordinem de quibus agebatur communi consensu epistolam scriptam per actardum uenerabilem namnetensem episcopum papę nicolao episcopi qui conuerant transmiser̄. Cuius epistolę tenor idem extitit, qui fuit in epistola hincmari episcopi remorum, quam per clericos suos sub peregrinorum habitu propter contrariorum uitandas insidias, p̄cedente iulio mense romam miserat. Epistolam autem in p̄scripta synodo factam, et archiepiscoporum qui conuenerant sigillis signatam actardus perferendam suscipiens, cum quibusdam episcopis ad karolum sicut ipse p̄ceperat rediit. Karolus autem immemor fidelitatis atque laborum quos pro eius honore et regni obtentu sepefatus hincmarus per plures annos subierat, eandem epistolam ab actardo sibi dari exegit, et archiepiscoporum sygilla confringens, gesta synodi relegit, et quia sicut uoluerat in eadem synodo hincmarus non extitit confutatus, epistolam suo nomine ad nicholaum papam dictari incontrarietatem hincmari fecit, quam et bubla sui nominis sigillauit, et cum epistola synodali per ipsum actardum romam direxit. Praefati autem hincmari clerici in mense augusto romam uenientes, nicholaum papam iam ualde infirmatum, et in contentione quam contra grecorum imperatores michahelem et basilium, sed et contra orientales episcopos habebat magnopere laborantem inuener̄. Qua propter usque ad mensem octobrium, ibidem sunt immorati. Nicholaus uero papa gratanter suscipiens que hincmarus scripserat ei, de omnibus sibi satis factum esse rescripsit. Sed et alteram epistolam eidem et ceteris archiepiscopis et episcopis in regno karoli constitutis transmisit, innotescens p̄fatos grecorum imperatores, sed et orientales episcopos calumpniari sanctam romanam ecclesiam, immo omnem ecclesiam quę latina utitur lingua, quia ieiunamus in sabbatis, quod spiritum sanctum ex patre filioque procedere dicimus, quia presbiteros sortyri coniuges prohibemus, dicentes ipsi greci quod chrisma ex aqua fluminis latini conficiamus, rep̄hendentes nos latinos, quod UIII ebdomadibus ante pascha a carnium, et VII ebdomadibus a casei et ouorum esu more suo non cessamus. Dicentes etiam quod in pascha more iudeorum super altare pariter cum dominico corpore agnum benedicamus et offeramus, succensentes etiam nos quia clerici apud nos barbas suas radunt, et dicentes quia diaconus non suscepto presbiteratus officio, apud nos episcopus ordinatur. De quibus omnibus per singulas prouincias a metropolitanis cum eorum coepiscopis sibi rescribi p̄cepit, alloquens eundem hincmarum in epistolae fine hoc modo. Tua inquid frater hincmare caritas cum hanc epistolam legerit, mox ut etiam alios archiepiscopos qui in regno filii nostri karoli gloriosi regis, consistunt deferatur, summopere agere studeat, et ut de his singuli in diocesibus propriis una cum suffraganis suis, in cuiuscumque regno sint constituti conuenienter tractare, et nobis que reppererint suggerere current, eos incitare non neglegant, ita ut eorum omnium quę p̄sentis epistolae nostrę circumstantię continet, tu et strenuus exsecutor illic existas, et apud nos uerax et prudens scriptorium tuorum serie relator inueniaris. Data X calend. nouembris indictione prima. Quam epistolam hincmarus idus decembris primę indictionis suscipiens, in corbonaco palatio consistenti regi karolo cum pluribus episcopis relegit, et per alios archiepiscopos sicut in mandato acceperat dirigere studuit. Nicholaus papa, idus proxime p̄cedentis mensis decembris obiit;

bulla

Cui successit Adrianus papa electione clericorum et consensu Hludowici imperatoris in pontificatu. Quem Actardus Romam veniens cum supra scriptis epistolis in apostolica sede iam ordinatum invenit. Arsenius autem magne calliditatis et nimie cupiditatis homo spe falsa seducens Teutgaudum et Guntarium de restitutione ipsorum, ut ab eis exenia acciperet, Romam venire fecit. Qui diutius ibi manentes, pene omnes suos amiserunt. Tandem autem Teutgaudus ibidem mortuus est, et Guntarius vix corporis mortem evasit. Hlotharius Theutbergam uxorem suam Romam misit, ut se ipsam criminaretur, quatenus ab eius coniugio separari valeret. Sed Adrianus papa atque Romani talibus neniis non credentes, iussa est ad virum suum reverti. Karolus consensu fratris sui Hludowici quosdam episcopos ad Autisiodorum in futuris kalendis februarii convenire precepit, ut de causa Hlotharii quedam tractarent. Karolus denique, quoniam ab Acfrico abbatiam sancti Hylarii cum aliis plurimis honorabilibus beneficiis habente sicut quidam dixerunt exenia non modica suscipiens, comitatum Bituricum sine presentia illius vel culpe alicuius reputatione a Gerardo comite abstulit, et prefato Acfrico dedit; sed isdem Acfricus super Gerardum eundem comitatum evindicare non valuit. Quapropter Karolus per civitatem Remorum transiens Trecas venit, indeque Autisiodorum adiit, ubi nativitatem domini celebravit.

Anno DCCCLXVIIII. Karolus ad Autisyodorum super Ligerum fluvium ad villam que Bellus Pauliacus dicitur pervenit. Interea Gerardi comitis et Acfridum in quadam villa bello conveniunt. Et quia de casa firmissima Acfridus exire noluit, in qua reclusus erat, igne ipsi case admoto Acfridum ex ipsa expellunt, et truncato illi capite corpus in ignem reiciunt. Tunc Karolus quasi ad hoc vindicandum flagitium pagum Bituricum adiit; in quo tanta mala et in ecclesiarum confractione et in pauperum oppressione atque in omnium flagitiorum commissione atque terre devastatione commissa sunt, ut dici ore non possint; sicut multorum milium hominum fame mortuorum per ipsa depopulatione attestatio demonstravit. Vindicta autem in Gerardum et eius comites non solum nulla non exiit, verum nec ipsi de pago Biturico a quoquam expulsi sunt. Ablatis denique a Rotberti filio his que post mortem patris de honoribus ipsius ei concesserat, et per alios divisis, sed et a filiis Ramnulfi tultis paternis honoribus, et data sancti Hylarii abbatia quam isdem habuit Frotario Burdegalensium archiepiscopo, caput ieiunii ante sanctam quadragesimam ad monasterium sancti Dyonisii redit, et inde Silvanectis perrexit. Normanni per Ligerim ascendentes Aurelianis pervenerunt, et accepta preda impune ad sua diversoria redeunt. Karolus vero sabbato ante palmas ad monasterium sancti Dyonisii redit, ibique pascha celebravit. Et inde antequam Silvacum adiret, secunda die rogationum, Adventio Mettensium episcopo et Grunlando Hlotharii cancellario deferentibus epistolas Adriani pape accepit, unam sibi directam, in qua isdem apostolicus precepit ut regno Hludowici imperatoris ac regno Hlotharii nullam molestiam ingerat. Alteram autem epistolam de absolutione Waldrade ad episcopos regni ipsius Karoli detulerunt; similes detulerunt missi ad episcopos regni Hludowici atque Hlotharii. Absolutio autem ipsius Waldrade ea conditione est facta, ut Hlothario nullo pacto coherceat. Silvacum autem Karolus perveniens Actardum Namnetensem episcopum Roma venientem suscepit sibi deferentem epistolas, quarum una responsum reddidit de his que Nicolao in contrarietate Hincmari mandavit, inter cetera inculcans ut de cetero a proprio talis inutilis questio sopita maneret. Alteram autem epistolam Hincmaro detulit, laudibus et fidelitatis dilectionibus repletam, et ut ei vice missi sui partibus de Hlothario fungeretur. Terciam autem archiepiscopis aliisque episcopis cisalpinis detulit, ut quia isdem Actardus per paganorum infestationem et Brittonum oppressionem in sua civitate manere non poterat, si locus eveniret, ecclesiam de metropoli isdem Actardus in vacante civitate pastore auctoritate apostolica ab episcopis provincie ipsius incardinetur. Quarta autem feria post initium quadragesime factione Arsenii filius eius Eleutherius filiam Adriani pape ab alio desponsatam dolo decepit et rapuit, sibique coniunxit. Unde isdem papa nimium est contristatus. Arsenius ad Hludowicum imperatorem pergens in Beneventum infirmitate corripitur, et thesaurum suum in manus Ingelberge imperatricis committens, et ut dicebatur cum demonibus confabulans, sine communione abiit in locum suum. Quo mortuo Adrianus papa apud imperatorem missos obtinuit, qui prefatum Eleutherium secundum leges Romanas iudicarent. Isdem vero Eleutherius consilio ut fertur fratris sui Anastasii, quem bibliothecarium Romane ecclesie in exordio ordinationis sue Adrianus constituerat, Stephaniam uxorem ipsius pontificis et eius filiam quam sibi rapuerat interfecit; et isdem Eleutherius a missis imperatoris occisus est. Adrianus vero papa congregans sinodum supradictum Anastasium hoc modo sicut subsequitur post dampnationes in eum latas iterum condempnavit. Sunt hec in imagine in dextera parte scripta.

Imperantibus dominis nostris imperatoribus Hlothario et Hludowico augustis, mense decembri die XVI, indictione [illegible]. Excommunicatio qui fecit Leo episcopus de Anastasio presbitero, qui postea [illegible].

Leo episcopus servus servorum Dei.

Anastasius presbiter cardinis nostri, quem in tytulo beati Marcelli ordinavimus, quique secedens ab eo ad alienas parochias absque nostra pontificali scientia demigratus est, quem per missos et litteras nostras vocavimus, et pro quo

Cui successit adrianus papa electione clericorum et consensu hludouici imperatoris in pontificatu; quem actardus romam ueniens cum suprascriptis epistolis in apostolica sede iam ordinatum inuenit†. Arsenius autem magnę calliditatis et nimię cupiditatis homo spe falsa seducens teutgaudum et guntarium de restitutione ipsorum, ut ab eis exenia acciperet romam uenire fecit. Qui diutius ibi manentes, pene omnes suos amiserunt. Tandem autem teut-gaudus ibidem mortuus est; et guntarius uix corporis mortem euasit. Hlotharius theutbergam uxorem suam romam misit, ut seipsam criminaretur, quatenus ab eius coniugio separari ualeret. Sed adri-anus papa atque romani talibus neniis non credentes, iussa est ad uirum suum reuerti. Karolus consensu fratris sui hludouici, quosdam episcopos ad autissiodorum in futu-ris kalend. februar. conuenire p̄cepit, ut de causa hlot-harii quedam tractarent. Karolus denique, quoniam ab acfrico abbatiam sancti hylarii cum aliis plurimis hono-rabilibus beneficiis habente sicut quidam dixer̄ exe-nia non modica suscipiens, comitatum bituricum sine pre-sentia illius uel culpę alicuius reputatione a gerando comite abstulit, et p̄fato acfrico dedit, sed isdem ac-fricus super gerardum eundem comitatum euindicare non ualuit. Qua propter karolus per ciuitatem remorum tra-nsiens trecas uenit, indeque autisiodorum adiit ubi natiuitatem domini caelebrauit.

ANNO DCCC LXVIII. karolus ad autisyodorum super ligerum fluuium ad uillam quę bellus pauli-acus dicitur peruenit. Interea gerardi comitis, acfridum in quadam uilla bello conueniunt. Et quia de casa firmissima acfridus exire uoluit in qua redus erat, ignę ipsi casę admoto acfridum ex ipsa expellunt, et truncato illi capite corpus in ignem reiciunt. Tunc karolus quasi ad hoc uindi-candum flagitium pagum bituricum adiit, in quo tanta mala et in ecclesiarum confractione et in pa-uperum oppressione, atque in omnium flagitiorum commissione, atque terrę deuastatione commissa sunt, ut dici ore non possint, sicut multorum milium hominum fame mortuorum pro ipsa depopulatio-ne attestatio demonstrauit. Uindicta autem in gerardum et eius comites non solum ulla non extitit, uerum nec ipsi de pago biturico a quo-quam expulsi sunt. Ablatis denique a rotberti filio his quę post mortem patris de honoribus ipsius ei concesserat, et per alios diuisis, sed et a filiis ram-nulfi tultis paternis honoribus; et data sancti hylarii abbatia quam isdem habuit frotario burdegale-nsium archiepiscopo, caput ieiunii ante sanctum qua-dragesima ad monasterium sancti Dyonisii redi-it, et inde siluanectis perrexit. Nortmanni uero per ligerim ascendentes aurelianis perueniunt, et accepta p̄da impune ad suum diuersorium redeunt. Karolus uero sab-bato ante palmas ad monasterium sancti dyonisii rediit, ibique pascha celebrauit. Et inde ante quam siluacum adiret, secunda die rogationum aduentio mettensium episcopo et grrunlando hlotharii cancellario, deferentibus epistolas adriani papae accepit, unam sibi directam, in qua isdem apostolicus pręcepit ut regno hludouuici im peratoris, ac regno hlotharii nullam molestiam ingerat. Alteram autem epistolam, de absolutione uualdradę ad episcopos regni ipsius karoli detulerunt, similes dicen tes missas episcopis regni hludouuici atque hlotharii. Absolutio autem ipsius uualdradę ea conditione est facta, ut hlothario nullo pacto cohereat. Siluacum autem karolus perueniens, actardum mamnetensem episcopum roma uenientem suscepit sibi deferentem epistolas, quarum u-na responsum reddidit de his quę nicolao in contrarietate hincmari mandauit inter cetera ei inculcans, ut de cetero ac perpetuo talis inutilis questio sopita maneret. Alteram autem epistolam hincmaro detulit, laudibus et fidelitatis dilectionibus repletam, et ut eius uice in istis partibus de hlothario fungeretur; Terciam autem archiepiscopis aliisque episcopis cisalpinis detulit, ut quia isdem actardus pro paganorum infestatione et brittonum oppres sione in sua ciuitate manere non poterat, si locus eueniret etiam de metropoli isdem actardus in uacante ciuitate pastore auctoritate apostolica ab episcopis prouinciae ipsius incardinetur. Quar ta autem feria post inicium quadragesimę factione arsenii fili us eius eleutherius filiam adriani papę ab alio desponsatam dolo decepit et rapuit, sibique coniunxit. Unde idem pa pa nimium est contristatus. Arsenius ad hludouuicum impera torem pergens in beneuentum infirmitate corripitur, et thes aurum suum in manus Iggelbergę imperatricis committens, et ut dicebatur cum doemonibus confabulans, sine communione abiit in locum suum. Quo mortuo adrianus papa apud im peratorem missos optinuit; qui prętatum eleutherium secundum le ges romanas iudicarent. Isdem uero eleutherius consilio ut fertur fratris sui anastasii quem bibliottcarium romane ec clesiae in exordio ordinationis suę adrianus constituerat, ste phaniam uxorem ipsius pontificis et eius filiam quam sibi ra puit interfecit; et isdem eleutherius a missis imperatoris occisus est. Adrianus uero papa congregans sinodum, supra dictum anastasium hoc modo sicut subsequitur, post dampnationes in eum latas iterum condempnauit. sunt hęc in imagine in dextera parte scripta

uxor et filia papae

Imperantibus dominis nostris imperatoribus hlothario et hlo douuico augustis, mensis decembris die XVI, indicti one XIIII. Excommunicatio quam fecit Leo episcopus de Leo episcopus seruus seruorum dei. Anastasio presbitero et postea arrianus Anastasius presbiter cardinis nostri, quem in tytulo beati macelli ordinauimus, quique secedens ab eo ad alige nas parochias absque nostra pontificali scientia demigratus est, quem per missos et litteras nostras uocauimus, et pro quo

dominos imperatores supplicari per missos nostros ut eum ad
suam parochiam redire iuberent. qui nunc illuc latitando in ipsa demigratione per biennium demoratus est.
et ad duo vocatus concilia nostra minime venit. sed neque inventus est. quia ut praediximus veluti ovis errans extraneis regionibus suadente diabolo occulte inhabitat.
Secundum canonica statuta ex dei omnipotentis et beati petri apostoli nostraque simul apostolica auctoritate. ab hodie sit
communione privatus. donec ipse in eac speciali praesentia
in canonico iudicio fuerit praesentatus. Et si non venerit. numquam communicet. Post romanum pontificem. in hac excommunicatione consenserunt archiepiscopi
ravennensis. ac mediolanensis. alii numero LXXV.

h. hec in imagine in sinistra parte scripta sunt

Leo episcopus servus servorum dei. Omnibus episcopis. presbiteris. diaconibus. subdiaconibus. et universis clericis. cetero
que populo christiano. Quod bene ac pleniter nobiscum simul fratres karissimi scitis. nunc iterum per cautela et memoria temporum
futurorum dilectioni vestrae cognitum esse volumus. quomodo
instigante ac suadente diabolo anastasius presbiter cardinis nostri quem nos in titulo beati marcelli ordinavimus.
contra statuta patrum provinciam ecclesiamque desereret suam.
et ecce iam per quinquennium tempus. in alienas parochias
veluti ovis errans discurrit. Quem et iam auctoritate suffulta canonica. apostolicis litteris per tertiam quartamque vice vocavimus. At ubi redire distulit. duo pro eo episcoporum concilia congregavimus. Quorum conventu cum eius non potuissemus videre vel habere specialem praesentiam. communi cum decreto
sancta communione privavimus. volentes siquidem suam per huius
excommunicationis censuram ad gremium sanctae a quo discesserat matris ecclesiae personam reducere. Sed apostolica monita
sciique concilii pro nihilo ducens. erroris irretitus caligine.
redire nullatenus voluit. Proinde sicut ravenna nobis
degentibus de eo in ecclesia beati Vitalis martyris mense
maio die vicesimo nono indictione prima ore proprio promulgavimus. Nunc iterum in ecclesia beati PETRI apostoli mense
iunio die XVIIII. indictione superius annotata. similiter promulgavimus. Sit ille a sanctis patribus et a nobis anathema. et omnis qui ei sive in electione quod absit aut pontificatus honore adiutorium prestare. vel solatium quodcumque
voluerint. simili anathemate subiaceant. Post romanum pontificem. in hoc anathemate consenserunt iohannes archiepiscopus ravennatis. notingus. et sigilfredus
episcopi domni imperatoris. et VI. episcopi ad praedictum archiepiscopum pertinentes. quorum notitiam non recolimus. et aliam
ex romana urbe quam ex aliis numero LVI. absque
presbiteris et diaconibus sanctae romanae ecclesiae. SUPER

VALVAS ARGENTEAS HEC SCRIPTA SUNT.

In nomine patris et filii et spiritus sancti.
incipit sancta ac veneranda synodus. que per domini
gratiam et eius divinum consilium congregata est. in ecclesia
beati Petri apostoli. anno scilicet pontificatus sanctissimi
ac coangelici et universalis quarti pape leonis
septimo. atque invictissimorum hlotharii ac hludowici
imperatorum anno imperii quadragesimo secundo.
mense decembri die VIII. indictione II. In hac siquidem sancta ac venerabili synodo domini solaciante gratia nobiliter celebrata. post diversas episcoporum sacerdotumque vel clericorum. atque omnium christianorum pias ac salutiferas ammonitiones et exortationes. depositus est. iuste atque canonice anastasius presbiter tituli sancti Marcelli. eo quod contra
auctoritatem canonicam propriam parroechiam deseruisset
per annos scilicet V. et in alienas adusque hodie demoratur.
Et neque vocatus neque excommunicatus. et ad ultimum anathematizatus sicut de eo in hac synodo veridica pictura demonstrat. ad congregata duo pro eo episcoporum concilia venire noluit. Ideo tam a summo pontifice quamque
ab universis episcopis tunc synodo residentibus. videlicet
numero LXVII. ob suam stultam audaciam merito ut
praediximus est. depositus. et sacerdotali honore privatus.
anno denique mense ac die atque indictione Ut supra.
huc usque Leo pontifex scribi iussit

Post mortem vero iam
praedicti Leonis digne memorie praesulis. ipse anathematizatus atque depositus anastasius. seculari potentia
rediens ab abditis quibus sicut fur latitaverat locis.
diabolica fraude seductus. irretitusque caligine. latronum more hanc quam non debuerat introire in ecclesiam invasit. velut ethnicus atque barbarus ad perditionem
sue anime atque periculum. huius venerande synodicum suis nequissimis consentaneis atque sequacibus
picturam destruxit. imaginesque deiecit. Quam beatissimus papa benedictus atque egregius restauravit.
et lucifluis coloribus decoravit.

ADRIANUS EPISCOPUS. servus servorum dei. Omni dei
ecclesie notum est. quid anastasius tempore
predecessorum nostrorum pontificum gesserit. sed et qualiter ab eis de illo sancte recordationis leo et benedictus
eximii praesules instituerint. palam est cunctis. Quorum
unus eum deposuit. excommunicavit. et anathematizavit. alter vero sacerdotalibus expolians vestimentis
inter laicos in communione recepit. Decessor itaque
noster sanctissimus papa nicolaus. cum postea si fideliter
erga sanctam hanc ecclesiam romanam incederet. in gremio
pari modo recepisset ecclesie. Sed infidelitas eius
nunc in tantum apparuit. ut post depredationem patriarchii nostri. ablationemque synodalium scripturarum.
quos tam ipse quam super eiusmodi a sanctissimis praesulibus diversis temporibus decretas repperierat. institutionem
quoque venerande sinodi ab ipsis sanctis pontificibus
factam. atque subinde positione anathematis refactam violari nobis subripiendo fecerit. et homines
ad seminandum inter piissimos principes et ecclesiam
dei discordias. per muros huius civitatis more furis
exire coegerit. quendamque adalgrimum ad ecclesiam

dominos imperatores supplicati per missos nostros ut eum ad suam porochiam redire iuberent, qui nunc illuc lati tando in ipsa demigratione per biennium demoratus est, et ad duo uocatus concilia nostra minime uenit, sed neque inuentus est, quia ut prędiximus ueluti ouis errans ex traneis regionibus suadente diabolo occulte inhabitat. Secundum canonica statuta ex dei omnipotentis et beati Pe tri apostoli nostraque simul apostolica auctoritate, ab hodie sit communione priuatus, donec ipse meae speciali p̄sentię in canonico iudicio fuerit pręsentatus. Et si non ue nerit, nunquam communicet. Post romanum pontifi cem, in hac excommunicatione consenserunt archiepiscopus rauennensis, ac mediolanensis, ali numero LXXV.

h. hęc in imagine in sinistra parte scripta sunt

Leo episcopus seruus seruorum dei. Omnibus episcopis, presbiteris, diaconibus, subdiconibus, et uniuersis clericis cunctoque populo christiano. Quod bene ac pleniter nobiscum simus fratres karissimi scitis, nunc iterum pro cautela et memoria temporum futurorum dilectioni uestræ cognitum esse uolumus, quomodo instigante ac suadente diabolo, anastasius, presbiter car dinis nostri quem nos in titulo beati macelli ordinauimus, contra statuta patrum prouinciam ęclesiamque desereresis, ecce iam per quinquennii tempus, in aligenas paroechias ueluti ouis errans discurrit. Quem etiam auctoritori tate suffulti canonica, apostolicis litteris per tertiam quartamque uicem uocauimus. At ubi redire distulit, duo pro eo episcoporum concilia congregauimus. Quorum conuentu cum eius non potuissemus uidere uel habere specialem p̄sentiam, communi eum decreto sancta communione priuauimus, uolentes siquidem suam per huius excommunicationis censuram ad gremium sanctę a quo discesscerat matris ecclesię personam reducere. Sed apostolica monita sanctique concilii pro nihilo ducens, erroris inretitus caligine, redire nullatenus uoluit. Proinde sicut rauenna nobis degentibus de eo in ecclesia beati Uitalis martyris mense maio die XX^{mo} VIIII^{no}, indictione prima ore proprio promulgauimus. Nunc iterum in ecclesia beati PETRI apostoli mense iunio die XVIIII, dictione superius annotata, similiter promulgauimus. Sit ille a sanctis patribus et a nobis anathema, et omnes qui ei siue in electione quod absit aut pontificatus honore adiutorium prestare, uel solatium quodcumque uoluerint, simili anathemate subiaceant. Post romanum pontificem, in hoc anathemate consenser̄ iohannes archiepiscopus rauennatis, nottingus et sigilfredus episcopi domni imperatoris, et VI. episcopi ad p̄dictum archi episcopum pertinentes, quorum notitiam non recolimus, et alii tam ex romana urbe quam ex aliis numero LVI; absque presbiteris et diaconibus sanctę romanę ecclesię.

SUPER UALUAS ARGENTEAS HEC SCRIPTA SUNT.

IN NOMINE patris et filii et spiritus sancti, incipit sancta ac ueneranda synodus, quę per domini gratiam et eius diuinum consilium congregata est in ecclesia beati Petri apostoli; anno scilicet pontificatus sanctissimi ac coangelici et uniuersalis quarti pape leonis septimo, atque inuictissimorum hlotharii ac hludouici imperatorum anno imperii quadragesimo secundo, mense decembri die VIII^{uo}, indictione II^{da}. In hac siquidem sancta ac uenerabili synodo domini solaciante gratia nobiliter cęlebrata, post diuersas episcoporum sacerdotumque uel clericorum, atque omnium christianorum pias ac salutiferas ammonitiones et exortationes, depositus est iuste atque canonicę anastasius presbiter tituli sancti Marcelli, eo quod contra auctoritatem canonicam propriam parroechiam deseruisset per annos scilicet V. et in alienas adusque hodie demoratur, Et neque uocatus neque excommunicatus, et ad ultimum anathematizatus sicut de eo in hac synodo ueridica pictura demonstrat, ad congregata duo pro eo episcoporum concilia uenire noluit. Ideo tam a summo pontifice quamque ab uniuersis episcopis tunc synodo residentibus uidelicet numero LXVII. ob suam stultam audatiam merito ut p̄diximus est depositus, et sacerdotali honore priuatus, anno denique mense ac die, atque indictione ut supra.

huc usque Leo pontifex scribi iussit

POost mortem uero iam dicti leonis dignę memorię p̄sulis, ipse anathematizatus atque depositus anastasius, seculari potentia rediens ab abditis quibus sicut fur latitauerat locis, diabolica fraude seductus, inretitusque caligine, latronum more hanc quam non debuerat introire ~~in~~ ęclesiam inuasit, ueluti aethnicus atque barbarus ad perditionem suę animę atque periculum, huius uenerandę synodi cum suis nequissimis consentaneis atque sequacibus picturam destruxit, imaque deiecit. Quam beatissimus papa benedictus atque egregius restaurauit, et lucifluis coloribus decorauit.

ADRIANUS EPISCOPUS, seruus seruorum dei. Omni dei ecclesię notum est, quid anastasius tempore p̄decessorum nostrorum pontificum gesserit, sed et qualiter ab eis de illo sanctę recordationis leo et benedictus eximii p̄sules instituerint, palam est cunctis. Quorum unus eum deposuit, excommunicauit et anathematizauit, alter uero sacerdotalibus expolians uestimentis inter laicos in communione recepit. Decessor itaque noster sanctissimus papa nicolaus, eum postea si fideliter erga sanctam ecclesiam romanam incederet, in gremio pari modo recepisset ecclesię. Sed infidelitas eius nunc in tantum apparuit, ut post dep̄dationem patriarchii nostri, ablationemque synodalium scripturarum, quos tam super se quam super eiusmodi a sanctissimis p̄sulibus diuersis temporibus decretas reppererat, institutionem quoque uenerande sinodi ab ipsis sanctis pontificibus factam, atque sub interpositione anathematis refactam uiolari nobis subripiendo fecerit, et homines ad seminandum inter piissimos principes et ecclesiam dei discordias, per muros huius ciuitatis more furis exire coegerit, quendamque adalgrimum ad ecclesiam

confugium faciente, oculis et lingua priuari suggesserit. Modo uero sicut multi uestrum mecum a quodam presbytero consanguineo eius nomine Adone audistis, et aliis modis nobis reuelatum est, beneficiorum quoque nostrorum immemor hominem ad Eleutherium misit, exhortans homicidia perpetrari, que sicut scimus proh dolor facta sunt. Et ideo pro his omnibus et pro aliis multis quibus ecclesiam Domini pertulit atque lesit, quam etiam subdolis machinationibus hactenus tundere non desistit, auctoritate Dei omnipotentis omniumque sanctorum patrum ac uenerandorum conciliorum predictorumque pontificum simul iudicio nostri sententiam sancimus, illum eundem Anastasium esse tenendum, quemadmodum de eo idem pontifices domni Leo et Benedictus sollempniter et synodice statuerunt: nihil in eius anathemate uel causa penitus adiungentes uel minuentes, nisi ut omni communione ecclesiastica priuatus existat, donec de omnibus quibus impetitur nobis coram synodo rationem ponat. Et qui cum eo in locutione, cibo uel potu communicauerit, pari excommunicatione cum eo teneatur annexus. Quia pro eo quod altiora se petens quod sibi toties interdictum fuerat temere usurpauit ac uetitum locum conscendit, satis nostra ecclesia murmurauit et murmurat. Sane si uel ab urbe Roma quamuis per discesserit uel sacerdotium uel aliquem ordinem siue ministerium quod libet repetere aut recipere presumpserit, quia contra statuta prefatorum presulum etiam quod iusiurandum pollicitus est numquam se ab urbe plus a. xl. milibus abscessurum, sacerdotium uel gradum clericalis etiam ministerii penitus facere uidebitur, cum omnibus fautoribus consentaneis et sequacibus suis anathemate perhenni subiaceat. Prolata in conspectu totius sancte Romane ecclesie ante hunc eundem Anastasium apud sanctam Praxedem posita anno pontificatus domni Adriani summi pontificis et uniuersalis pape I. IIII. Idus Octobris, indictione secunda. Hlotharius suspectum habens Karolum ad Hlodouuicum se iterum contulit, et obtinuit ut sacramentum illi fieri ex sua parte faceret, quatinus in nullo nocumento illi foret si in coniugem Uualdradam acciperet. Sicque ad palatium Attiniacum ad colloquium Karoli uenit, ibique placitum accepit ut post futuras Kalendas Octobris simul iterum loquerentur. Karolus autem per curtes regias in pago Laudunensi existentes pergens, Hincmarum Laudunensem episcopum nullo episcopo sue prouincie sciente iussit ut ad causas suas, id est ad seculare iudicium, aduocatum suum daret; et pro eodem beneficia quibusdam suis hominibus abstulit. Isdem autem episcopus se reclamans quod relicto ecclesiastico iudicio non auderet seculare adire iudicium, sicut ei iussum fuerat ad locum nominatum secularis iudicii non uenit, sed causas sue impossibilitatis regi mandauit. Rex autem Karolus iubens inde quasdam iudicare et iam infames personas, quia personam prefatus episcopus non misit qui iuraret quod illuc uenire non posset, et quoniam aduocatum suum de se in iudicio seculari non dedit, predictarum personarum iudicio quicquid isdem episcopus de rebus et facultatibus ecclesiasticis in usibus episcopii specialiter habebat perscriptum est. Sicque idem rex ad Pistas medio mense Augusto ueniens annua dona sua ibidem accepit, et castellum mensuras per pedituras singulas ex suo regno dedit. Hincmarus autem Remorum archiepiscopus Hincmarum episcopum Laudunensem secum ducens apud Pistas cum aliis episcopis scriptis et uerbis regem adiit, ostendens quantum preiudicium et episcopalis auctoritas et uniuersalis ecclesia in tali facto patiebatur, et optinuit ut res nostro episcopo quibus fuerat spoliatus sicut sacre leges precipiunt, in prouincia ubi hec causa iudicanda erat electorum iudicum iudicio, et necesse foret post hoc synodali terminaretur examine. Sed in eodem placito rex marchiones Bernardum Calui et Tolose et iterum Bernardum Gothie itemque Bernardum alium suscepit. Missum etiam Salomonis Brittonum ducis ibi obuium habuit, per quem Salomon illi mandauit ut aut ipse pergeret ad expugnandos Nortmannos qui residebant in Ligeri, quia isdem Salomon cum ualida manu Brittonum paratus erat illos adgredi, tandiu ut adiutorium ex Karoli parte haberet. Ad quem idem rex premittens Engelramnum camerarium et bosariorum magistrum atque a secretis consiliarium suum cum corona auro et gemmis ornata, et cum omni paramento regio cultu exculto, Karlomannum filium suum diaconum et abbatem cum scara e uestigio sicut Salomon ei mandauerat misit, et inde Andriacam uillam gratia uenandi perrexit. Scara que cum Karlomanno a Karolo rege Sequanam transmissa terram quidem uastauit, sed nullius utilitatis effectum ex Nortmannis ad quos resistendum missa fuerat faciens, iubente rege Karolo rediit, et sic unusquisque ad sua perrexit. Pictauenses autem uota facientes Deo et sancto Hilario iterato eosdem Nortmannos fuere aggressi, quorum plures occiderunt, ceteros uero in fugam miserunt, et de omni preda excepta uoluntaria oblatione decimam sancto Hilario contulerunt. Karolus rex Kalendas Decembris Carisiacum ueniens quosdam primores tam ex episcopis quam ex aliis regni sui obuiam sibi accersiuit, et commotus contra Hincmarum Laudunensem episcopum, quia Romam sine illius conscientia miserat et epistolas pro quibus non conuenerat obtinuerat, eodem uero episcopo contumaciter sibi resistente ualde infestus erat. Unde isdem episcopus sine illius licentia cum sepe ab eo euocatus fuerat et ad illum uenire distulisset, ad sedem suam perrexit, et amplius quam episcopalis grauitas postulat, eundem regem contra se excitauit. Karolus autem Compendium ueniens ibidem natiuitatem Domini celebrauit. Anno Domini DCCCLXVIII. Et quoniam isdem episcopus et iam per alios episcopos euocatus ut ad illum ueniret, iussi

confugium facientem, oculis et lingua priuari suggesserit. Modo uero sicut multi uestrum mecum a quodam presbitero consanguineo eius nomine adone audistis, et aliis modis nobis reuelatum est, beneficiorum quoque nostrorum immemor, hominem ad eleutherium misit, exhortans homicidia perpetrari, que sicut scitis proh dolor facta sunt. Et ideo pro his omnibus et pro aliis multis quibus ecclesiam domini pertulit atque lęsit, quam etiam subdolis machinationibus hactenus tundere non desistit, auctoritate dei omnipotentis omniumque sanctorum patrum, ac uenerandorum conciliorum p̄dictorumque pontificum, simul et iudici nostri sententia sancimus illum eundem anastasium esse tenendum, quemadmodum de eo idem pontifices domini leo et benedictus sollempniter et synodice statuer̄, nihil in eius anathemate uel causa pęnitus adiungentes uel minuentes, nisi ut omni communione ecclesiastica priuatus existat, donec de omnibus quibus impetitur, nobis coram synodo rationem ponat, et qui cum eo in locutione cibo uel potu communicauerit, pari excommunicatione cum eo teneatur annexus. Quia pro eo quod altiora se petens, quod sibi toties interdictum fuerat temere usurpauit, ac uetidumlocum conscendit, satis nostra ęcclesia murmurauit et murmurat. Sane si uel ab urbe roma quantisper discesserit uel sacerdotium uel clericalem aliquem ordinem siue ministerium quodlibet repetere aut recipere p̄sumpserit, quia contra statuta pręfatorum pręsulum, contraque ius iurandum quod pollicitus est, nunquam se ab urbe plus XL milibus abscessurum, sacerdotium uel gradum clericalis esse ministerii petiturum facere uidebitur, cum omnibus factoribus consentaneis et sequacibus suis, anathemate perhenni subiaceat. Prolata in conspectu totius sanctae romanę ecclesiae ante hunc eundem anastasium apud sanctam praxedem positum, anno pontificatus domni adriani summi pontificis et uniuersalis papę, I per IIII. idus octobris, indictione secunda. Hlotharius suspectum habens karolum, ad hludouuicum se iterum contulit, et obtinuit ut sacramentum illi fieri ex sua parte faceret, quatinus in nullo nocumento illi foret si in coniugem uualdradam acciperet. Sicque ad palatium attiniacum ad colloquium karoli uenit, ibique placitum accepit, ut post futuras kalendas octobris, simul iterum loquerentur. Karolus autem per curtes regias in pago Laudunensi consistentes pergens, hincmarum laudunensem episcopum nullo episcopo suę prouinciae conscio, iussit ut ad causas suas id est ad seculare iudicium aduocatum suum daret, pro eo quod beneficia quibusdam suis hominibus abstulit. Isdem autem episcopus se reclamans quod relicto ecclesiastico iudicio non auderet seculare adire iuditium, sicut ei iussum fuerat ad locum nominatum secularis iudicii non uenit, sed causas suę impossibilitatis regi mandauit. Rex autem karolus iubens inde quasdam iudicare etiam infames personas, quia personam p̄fatus episcopus non misit, qui iuraret quod illuc uenire non posset. Et quoniam aduocatum suum de se in iuditio sęculari non dedit, p̄dictarum personarum iuditio quicquid isdem episcopus de rebus et facultatibus ecclesiasticis in usibus episcopii specialiter habebat proscriptum est, sicque idem rex ad pistas medio mense augusto ueniens, annua dona sua ibidem accepit, et castellum mensurans pedituras singulis ex suo regno dedit. Hincmarus autem remorum archiepiscopus, hincmarum episcopum laudunensem secum ducens, apud pistas cum aliis episcopis scriptis et uerbis regem adiit, ostendens quantum p̄iudicium et episcopalis auctoritas et uniuersalis ęcclesia in tali facto patiebatur, et optinuit ut reuestito episcopo quibus fuerat spoliatus sicut sacrę leges p̄cipiunt, in prouincia ubi hęc causa iudicanda erat electorum iudicium iudicio, et necesse foret post hoc synodali terminaretur examine. Sed in eodem platito rex markiones bernardum scilicet tolosę, et iterum bernardum godę, itemque bernardum alium suscepit. Missum etiam salomonis brittonum ducis ibi obuium habuit, per quem salomon illi mandauit, ut aut ipse pergeret ad expugnandos noremannos qui residebant in ligeri, quia isdem salomon cum ualida manu brittonum, paratus erat illos adgredi tantum ut adiutorium ex karoli parte haberet. Ad quem idem rex prę mittens engelramnum camerarium et hostiariorum magistrum, atque a secretis consiliarium suum cum corona, auro et gemmis ornata, sed et cum omni paramento regio cultu exculto: Karlomannum filium suum diaconum et abbatem, cum scara e uestigio sicut salomon ei mandauerat misit, et inde audriacam uillam gratia uenandi perrexit. Scara quę cum karlomanno a karolo rege sequana transmissa, terram quidem uastauit, sed nullius utilitatis effectum ex noremannis ad quos resistendum missa fuerat faciens, iubente rege karolo rediit; et sic unusquisque ad sua perrexit; Pictauenses autem uota facientes deo et sancto hilario; tercio eosdem noremannos fuere aggressi. Quorum plures occiderunt, cęteros uero in fugam miserunt, et de omni praeda excepta uoluntaria oblatione, decimam sancto hilario contulerunt. Karolus rex kalend. decembris carisiacum ueniens, quosdam primores tam ex episcopis quam ex aliis regni sui obuiam sibi accersiuit, et commotus contra hincmarum laudunensem episcopum, quia romam sine illius conscientia miserat, et epistolas pro quibus non conuenerat obtinuerat; Eodem uero episcopo contumaciter sibi resistenti, ualde infestus erat. Unde isdem episcopus sine illius licentia cum sepe ab eo euocatus fuerat, et ad illum uenire distulisset, ad sedem suam perrexit, et amplius quam episcopalis grauitas postulat, eundem regem contra se excitauit. Karolus autem compendium ueniens, ibidem natiuitatem domini celebrauit; anno domini DCCC LX VIIII. **E**t quoniam isdem episcopus etiam per alios episcopos euocatus ut ad illum ueniret, iussi

one illius implere detrectauit. Scaram ex quam plurimis
comitibus regni sui confectam laudunum misit. ut ipsum
episcopum uiolenter ad eum perducerent. Isdem autem episcopus cum cle
ricis suis iuxta altare resedit. et quibusdam episcopis sata
gentibus actum est ut ipsi qui missi fuerant de aecclesia eum
non extraherent. Sed sine illo ad karolum redierunt.
omnesque homines ipsius episcopi liberos sibi sacramenta fi
eri fecit. Karolus autem ualde commotus. synodum omni
um episcoporum regni sui. VIII. kl. mai secundae indictionis
apud uermeriam conduxit. quo eundem episcopum hincmarum
uocari praecepit. Ipse autem ad conadam uicum nimis in
congruenter et inaequalitate temporis. et per nimietatem famis
perrexit. ubi quosdam aquitanos obuios habuit. sed mar
kiones tres uidelicet bernardos quos sibi occurrere pu
tauit non habens obuios. non sine sollicitudine et sine
.li utilitatis effectu ad siluanectum rediit. Indeque quarta fe
ria ante initium quadragesimae ad monasterium sancti dio
nisii perrexit. ibique sem quadragesimae ieiunium exegit.
et pascha domini celebrauit. et castellum in gyro ipsius mo
nasterii ex ligno et lapide conficere coepit. et antequam ad
conadam pergeret. per omne regnum suum litteras misit. ut episcopi.
abbates abbatissae breues de honoribus suis quanta man
sa quisque haberet futuras kl. mai deferre curarent.
Vassalli autem dominici comitum beneficia. et comites uas
sallorum beneficia inbreuiarent. et praedicto placito eorundem bre
ues inde deferrent. et de centum mansis unum haistaldum.
et de mille mansis unum carrum cum duobus bobus praedicto
placito cum aliis exeniis quae regnum illius admodum gra
uant ad pistas mitti praecepit. ut excolerent et custodirent.
Hlotharius mittens ad eum sed et ad hludouuicum. peti
it ut in suo regno nullum impedimentum ei facerent. donec
ipse roma rediret. A karolo autem nullam firmitatem
accepit. sed ab hludouuico sicut dicitur firmitatem inde
suscipiens romam perrexit. locuturus prius cum hludouui
co fratre suo imperatore. et tunc si posset per eum apud adrianum
papam obtineret. quatinus teutbergam reiceret. et uualdr
adam resumeret. ipsamque teutbergam post se romam ire praecepit.
Sed ut dicebatur. hludouuicus imperator ab obsessione
sarracenorum per fratris sui petitionem non debuisset discedere.
Cui amplius quam ducentas naues rex graecorum in auxilium
contra eosdem sarracenos festinato mittebat. Hlotharius item
quodam tempore inconuenienti scilicet mense iunio causa uxorum suarum
in partes romae coeperat contendens proficere. usque rauen
nam uenit. ubi missos fratris sui obuios habuit. per quos ei
contra dixit. ut nec in antea procederet. nec diutius in eodem
regno immoraretur. sed ad suum regnum rediret. et tem
pore commodo et oportuno loco simul conuenirent. et de
quibus uellet cum eo satageret. Hlotharius autem romam re
diens a latere. ad suum fratrem in beneuentum usque peruenit. et
apud eum per engelbergam multis petitionibus et muneribus.
atque inconuenientibus obtinuit. et ipse engelberga cum eo usque
ad monasterium sancti Benedicti quod in monte cassino situm

est rediret. quo etiam adrianum papam eadem engelberga
ex iussione imperatoris uenire fecit. et apud eum da
tis illi multis muneribus per ipsam engelbergam obtinuit.
ut idem papa illi missam cantauerit. et sacram commu
nionem hac conuenientia ei donauerit. si postquam nico
laus papa uualdradam excommunicauit. illum cum ea
contubernium uel carnalis copulae mercimonium. quin nec
colloquium quoddam habuerit. Ipse autem infelix more
iudae simulata bona conscientia et impudenti fronte.
eandem sacram communionem sub hac conuentione ac
cipere non pertimuit nec recusauit. sed et sui fauto
res cum eo ab ipso papa perceperunt communionem. Inter quos
roli mandato peruenit, ut in illud regnum quod inter eos secundum
sacramenta p̄stita diuidendum erat pacifice conuenirent. Et
sicut illi cum consensu et unanimitate communium fidelium
ipsorum inuenirent, secundum sacramenta inter eos pręstita illud
regnum diuiderent. Interea postquam de multis causis
impetitus, p̄cipue autem de insubiectione regię potes
tatis et inobędientia erga suum archiepiscopum, hincmarus
laudunensis episcopus, ut se ab inpetitis expediret, in syno
do episcoporum X. prouinciarum libellum propria manu subscrip
tum porrexit, hęc continentem.Ego hincmarus ęcclesiae lau
482 dunensis episcopus, amodo et deinceps domno seniori meo ka
rolo regi fidelis et obediens ero secundum ministerium mum,
sicut homo seniori suo et episcopus quilibet suo regi fieri de
bet, ac priuilegio hincmari metropolitani prouincię re
morum ęcclesię secundum sacros canones et decreta sedis apostolicę
promulgate, pro scire et posse me obedire uelle profite
or. Karlomannus etiam regis karoli filius et pluri
morum monasteriorum pater reputatus, quoniam insidias
erga patrem suam infideliter moliebatur, abbati
is priuatus, in ciuitate siluanectis est custodię
mancipatus. Karolus missos suos odonem scili 482
cet belginagorum episcopum, et odonem atque arduinum co
mites ad fratrem suum hludouuicum ad franconofu
rt dirigens, petiit ait ad regnum hlotharii diui
dendum simul conuenirent. Ipseque pontigonem pe
tens, ibidem missos fratris sui accepit, nunciantes il
li ut ad heristallium pergeret, et frater suus hludo
uuicus ad marsnam uenturus foret, et in meditul
lio eorundem locorum kalend. augusti colloquerentur, et
unusquisque eorum IIII episcopos et X. consiliarios, et inter
ministeriales et uassallos XXX tantummodo ad i
dem colloquium ducerent. Quo hludouuicus dum
pergeret, ad flamereshem in pago ribuario ue
nit, et de quodam solario uetustate confecto sub lig
nis cecidit, et aliquantulum naufragatus in breui
conualuit; indeque aquisgrani peruenit. Et discur
rentibus inter utrosque fratres et reges missis, tandem V. kalendas
augusti ad locum colloquii conuenerunt, et hoc modo
regnum hlotharii inter se diuisert̄. Et hęc est
diuisio, quam sibi hludouuicus accepit. Colonia,
Treueris, Uttreht, Stratburg, Basula, Abbatia
siluestre, Berch, Niu monasterium, Castellum, In
dam, sancti maximi, Ephterniacum, Horrea, Sancti Gan
gulfi, Fauerniacum, Pollemniacum, Luxouium,
Lutera, Balma, Offonis uilla, Meieni monas
terium, Sancti Theodati, Bodonis monasterium,
Stiuiagium, Romerici montem, Morbacb, Sancti
Gregorii, Mauri monasterium, Ehorishem, Ho
mouua, Masonis monasterium, Hombrokh, Sancti
Stephani, Stratburch, Herenstem, Sancti ursi in
salodoro, Grandi uallem, Altam Petram, Lus
tinnam, Vallem clusę, Castellum carnones, Heri
bodeshem, Abbatia de aquis. Hoen chirche, Au
gust chirche, Comentestebant, Batua, Hattu
arias, Maspau subterior de ista parte. Item Mas
pau superior quod de illa parte est, Liugas quod de
ista parte est. Districtum aquense, Districtum tret
tis. In ripuarias comitatus V. megenensium, Be
dagouua, Nitagouua, Sarachouua subterior,
Besitchouua, Seline, Alhethouua, Suentisium,
Calmontis, Sarochoua, superior, Odornense
quod bernardus habuit, Solocense, Basiniacum, E
lischouue, Vuarasch, Scutingum, Emaus, Ba
salclouua. In elisatio comitatus II. De frisia
duas partes. De regno quod hlotharius habuit.
Super istam diuisionem propter pacis et karitatis custo
diam superaddimus istam adiectionem. Ciuitatem met
tis cum abbatia sancti Petri, et sancti Martini, et comi
tatu moslensi cum omnibus uillis in eo consistentibus,
tam dominicatis quam et uassallorum. De ardu

entia sicut flumen urta surgit inter bislanc et tubas. ac decurrit in mosam. et sicut recta via pergit in bedensi secundum quod communes nostri missi rectius invenerint. excepto quod de condrusto est. ad partem orientis transurtam. et abbatias prumiam et stabolau. cum omnibus villis dominicatis et vassallorum. Et haec est divisio. quam karolus de eodem regno sibi accepit. Lugdunum. vesontium. vienna. tungris. tullum. viridunum. cameracum. viviarias. ucetiam. montem falconis. sancti Michahelis. gildini monasterium. sanctae Mariae in bisintiono. sancti martini in eodem loco. sancti augentii. sancti Marcelli. sancti laurentii leudensi. sennonem. Abbatiam mellam. molbarium. laubinas. sancti Saugerici. sancti salvii. Crispinno. fossas. Marcias. hunulfcurt. sancti servatii. maalinas. Lediam. sunniacum. Anconium. Condatum. mefrebecchi. Tidinium. lutosas. salmonosam. sanctae mariae in deomant. Echa. Andana. Vuasloi. Altum montem. Comitatus texandrum. In brachanto. Comitatus. IIII. camerecensi. hainou. lomisem. In hasbanio comitatus. IIII. masau superior de ista parte mosae. masau subterior de illa parte est. liugas quod de ista parte est mosae. et pertinet ad ucosatum. scarponinse. Virdunense. dulmense. Arlon. Vuavrense comitatus. II. Mosminse. Castricum. Condrust de arvena sicut flumen urta surgit. Inter bislanc et tubas. ac decurrit ex hac parte in mosam. et sicut recta via ex hac parte occidentis pergit in bedensi. secundum quod missi nostri rectius invenerint. Tullense. alpud odornense. quod teutmarus habuit. Barrense. Portense. Salmoringum. Lugdunense. Viennense. Viuarias. Ucetiam. De frisia etiam partem. et in crastina scilicet. IIII. idus eiusdem mensis simul convenerunt. et valefacientes se mutuo ab invicem discesserunt. hludowicus scilicet aquis rediens. et karolus liptinis uxorem suam obviam sibi venire iubens. partem ipsius regni quam accepit sic placuit sibi divisit.

Indeque per monasterium sancti quintini ad siluacum. et inde per carisiacum compendiensi veniens. autumnalem venationem in cotia saltu exercuit. Hludowicus lesionem contusionis quam ex supradicto casu de solario perpessus fuerat minus necessario curam a medicis sustinens. et putrescendem carnem ab eisdem medicis secari fecit. Unde et longiori quam speraverat tempore in aquis decubuit. ubi et pene desperatus. vix mortem evasit. Ibique apostolici adriani missos Iohannem et Petrum cardinales episcopos. itemque Iohannem ecclesiae romanae presbiterum. sed et missos hludowici imperatoris. Vuilbertum scilicet episcopum et bernardum comitem suscepit. sibi denuntiantes ut de regno hlotharii nepotis sui quod fratri suo hludowico imperatori debebatur non praesumeret. et in breui absolutos ad fratrem suum karolum eos direxit. Et ipse mox ut aliquantulum convaluit. ad reghinisburch pergens. rastiçium uuinidorum regulum a karlomanno per dolum nepotis ipsius rastici captum. et aliquandiu in custodia detentum. post iudicium mortis excecari et in monasterium mitti praecepit. suosque filios hludowicum et karolum ad se venire praecepit. Qui sentientes satagente matre. inclinatiorem esse voluntatem patris erga karlomannum quam erga se ad illum venire detrectaverunt. Hludowicus ad placitum suum quod in frangonofurch condixerat. ante quadragesimae initium venit. Et satagentibus legatis inter eum et filios suos. utrinque factae sunt firmitates. ut usque ad futurum maium mensem et ipsi ex parte patris securi manere possent. et illi vastationem regni quam inceperant dimitterent. et pacifice usque ad ipsum placitum degerent. Et hoc ita patrato negotio. hludowicus ad reghiniburgh rediit. Karolus peracta venatione autumnali. ad monasterium sancti Dionisii festivitatem ipsius sancti celebraturus perrexit. Ubi ipsa die inter missarum sollempnia praefatos apostolici missos cum epistolis ad se et ad episcopos regni sui directos terribiliter sibi regnum quondam hlotharii quod fratri suo imperatori debebatur interdicentibus moleste suscepit. Et deprecantibus eisdem missis cum aliquantis fidelibus suis. karlomannum filium suum a custodia ex silvanectis civitate absolvit. et secum manere praecepit. Ipsos autem missos domni apostolici et imperatoris usque remis deduci fecit. et undique plurimos fidelium suorum illuc convenire faciens. et per octo dies ibidem immorans. eosdem missos absolvit. Post quos legatos suos ansegisilum videlicet presbiterum monasterii sancti michahelis abbatem. et hlotharium laicum cum epistolis ad domnum apostolicum sed et pannum ad altare sancti Petri de vestimentis suis aureis compositum cum duabus coronis aureis et gemmis ornatis misit. et ipse usque ad lugdunum perrexit. Unde karlomannus noctu a patre aufugiens. in belgicam provinciam venit. Et congregatis secum plurimis satellitibus ac filiis belial. tanta crudelitate et devastatione secundum operationem satanae exercuit. ut credi non possit nisi ab ipsis qui eandem depopulationem viderunt atque sustinuerunt. Quod karolus nimis egre tulit. non tamen iter suum deseruit. sed viennam in qua berta fuit uxor gerardi. obsessurus quantocius adiit. Nam Gerardus in alio morabatur castello. In qua obsidione. circumiacentes regiones nimis fuere vastatae. Karolus autem ingeniose cogitans. magnam partem eorum qui in vienna erant sibi conciliavit. Quod sentiens berta. post Gerardum direxit; Qui veniens. karolo civitatem dedit. In qua idem rex vigilia nativitatis domini intrans. nativitatem domini celebravit. anno domini DCCCLXX.

Karolus vienna in potestate sua suscepta. a ge

enna sicut flumen urta surgit inter bislanc et tumbas, ac de-
currit in mosam, et sicut recta uia pergit in bedensi secundum
quod communes nostri missi rectius inuenerint, excepto
quod de condrusto est ad partem orientis trans urtam, et abba-
tias prumiam et stabolau, et omnibus uillis dominicatis et
uassallorum. Et hęc est diuisio; quam karolus de eodem reg-
no sibi accepit. Lugdunum, uesontium, uienna, tum-
gris, tullum, uiridunum, cameracum, uiuarias, ucecia,
483 montem falconis, sancti Michahelis, gildini monasterium,
sanctae Marię in bisintiono, sancti martini in eodem loco,
sancti augentii, sancti Marcelli, sancti laurentii leudensi,
sennonem, abbatiam mellam, molburium, laubinas,
sancti Gaugerici, sancti salui, Crispinno, Fossas, Mar
dias, hunulfcurt, sancti seruatii, maalinas, Le
di, sunniacum, Anconium, Condatum, merrebecchi,
Tidinimi, Luttos, Calmontis, sanctæ mariæ in deo-
mant, echa, Andana, Vuasloi, Altum montem, Comi
tatum texandrum. In brachanto. Comitatus IIII, ca
metensi, hainoum, lomensem. In hasbanio comitatus
IIII, masau superior de ista parte mosę, masau sub
terior de illa parte est. Liugas quod de ista parte est
mosę, et pertinet ad ueosatum, scarponinse, Viridu
nense, dulmense, arlon, Vuaurense comitatum II.
Mosininse, Castricium, Condrust de aruena sicut
flumen urta surgit, Inter bislanc et tubas, ac decur
rit ex hac parte in mosam, et sicut recta uia ex
hac parte occidentis pergit in bedensi, secundum quod mis
si nostri rectius inuenerint, Tullense, aliud odor-
ense, quod tetmarus habuit, Barrense, Portense,
Salmoringum, Lugdunense, Vennense, Viuarias,
Vceciaim. De Frisia terciam partem, et in crastina
scilicet IIII. idus eiusdem mensis simul conuenerunt,
et ualefatientes se mutuo, ab inuicem discesserunt.
hludouuicus scilicet aquis rediens, et karolus lip
tinis uxorem suam obuiam sibi uenire iubens, partem ip
sius regni quam acepit sicut placuit sibi diuisit.
Indeque per monasterium sancti quintini ad siluacum,
et inde per carisiacum compediens ueniens, autamna
lem uenetionem in cocię saltu exercuit. Hludo
uuicus lesionem contusionis quam ex supradicto ca
su de solario perpessus fuerat minus necessario
curari a medicis sustinens, computrescendem carnem
ab eisdem medicis secari fecit. Unde et longio
ri quam sperauerat tempore in aquis decubuit, ubi
et pene desperatus, uix mortem euasit. Ibique apostoli
ci Adriani missos Iohannem et Petrum cardinales
episcopos, Itemque Iohannem ęcclesiae romanę presbiterum,
sed et missos hludouui imperatoris, Vuilbodum scili
cet episcopum et bernardum comitem suscepit, sibi denu-
nciantes ut de regno hlotharii nepotis sui quod fratri
suo hludouuico imperatori debebatur non p̄sumeret
et in breui absolutos ad fratrem suum karolum eos direxit. Et
ipse mox ut aliquantulum conualuit, ad reghinisburch
pergens, resticium uuinidorum regulum a karlomanno per
dolum nepotis ipsius resticii captum, et aliquandiu in cus
stodia detettum, post iudicium mortis excecari et in
mitti pręcepit, suosque filios hludouuicum et ka
rolum ad se uenire p̄cepit. Qui sentientes satagen
te matre, inclinatiorem esse uoluntatem patris erga kar
lomannum quam erga se ad illum uenire detrectauerunt.
Hludouuicus ad placitum suum quod in frangonofurth
condixerat, ante quadragesimę initium uenit. Et sata
gentibus legatis inter eum et filios suos, utrimque factę sunt
firmitates, ut usque ad futurum maium mensem et ipsi ex par
te patris securi manere possent, et illi uastationem reg
ni quam inceperant dimitterent; et pacifice usque ad i
dem placitum degerent. Et hoc ita patrato negocio,
484 hludouuicus ad reghinisburgh rediit. Karolus perac
Aimoinus ta uenatione autumnali, ad monasterium sancti Dionisii fes
tiuitatem ipsius sancti celebraturus perrexit. Ubi ipsa die
inter missarum sollempnia p̄fatos apostolici missos cum epistolis ad
se et ad episcopos regni sui directos terribiliter sibi regnum quon
dam hlotharii quod fratri suo imperatori debebatur interdi
centibus moleste suscepit. Et dep̄cantibus eisdem mis
sis cum aliquantis fidelibus suis, karlomannum filium su
um a custodia ex siluanectis ciuitate absoluit, et se
cum manere p̄cepit. Ipsos autem missos domni apostolici
et imperatoris usque remis deduci fecit, et undique plu
rimos fidelium suorum illic conuenire faciens, et per octo di
es ibidem immorans, eosdem missos absoluit. Postea
legatos suos ansegisilum uidelicet p̄sbiterum monas
terii sancti michahelis abbatem, et hlothariurn laicum cum
epistolis ad domnum apostolicum sed et pannum ad altare sancti Pet-
ri de uestimentis suis aureis compositum cum duabus coro
nis aureis et gemmis ornatis misit, et ipse usque ad lug
dunum peruenit. Unde karlomannus noctu a patre
aufugiens, in belgicam prouinciam uenit. Et congregatis
secum plurimis satellitibus ac filiis belial, tantam cru
delitatem et deuastationem secundum operationem satanę ex-
ercuit, ut credi non possit nisi ab ipsis qui eandem de
polationem uiderunt atque sustinuer̄t. Quod karo
lus nimis egre tulit, non tamen iter suum deseruit, sed uien
nam in qua berta fuit uxor gerardi, obcessurus quan
totius adiit. Nam Gerardus in altero morabatur cas
tello. In qua obsidione, circumiacentes regiones ni
mis fuere uastatę. Karolus autem ingeniose cogita-
ns, magnam partem eorum qui in uienna erant sibi conci
liauit. Quod sentiens berta, post Gerardum direxit;
Qui ueniens, karolo ciuitatem dedit. In qua idem rex
uigilia natiuitatis domini intrans, natiuitatem domini celebra
uit, anno domini DCCCLXXI.
KAROLUS uienna in potestate sua suscepta, a ge

Gerardo sibi obsides dari, palatiis castellis suis missis tradendis coegit, et tribus navibus Gerardo datis, per Rhodanum cum sua uxore Berta et mobilibus suis a Vienna permisit abscedere, et ipsam Viennam Bosoni fratri uxoris suae commisit. Ipseque per Autissiodorum et Senones ad monasterium sancti Dionisii quantotius potuit venire maturavit. Quod audiens Karlomannus cum suis complicibus, ad Mosomum pergit, et ipsum castellum cum villis circumiacentibus devastavit. Unde IIII missos suos fecit ad patrem suum dirigi, quod sine honoribus ad illum fidei suae credens venire, et de illis de quibus commiserat satis facere vellet, tantum ut de his qui cum eo erant misericorditer tractaret, qualiter esse salvi valerent. Non tamen a malo coepto vel aliquantulum destitit. Karolus autem rex ad eundem filium suum Karlomannum cum duobus illius missis, nam alios duos secum retinuit, Gauzlinum abbatem et Balduuinum comitem ipsius Karlomanni sororium misit, mandans illi convenientiam qua ad eum secure posset venire, si vellet. Ipse autem Karlomannus dolo se simulans ad patrem suum venturum, alios missos impossibilia quaerentes ad eum direxit, et ipse in partes Tullenses pergit. Karolus autem iudicium quaerens de talibus qui suum filium scilicet diaconum et aecclesiae sortis ministerium a se domino traditum furati fuerunt, et tanta ac talia flagitia atque facinora depopulationes in regno suo fecerunt, post iudicium vero mortis omnia quae illorum erant infiscari praecepit. Et ordinatis scaris qui eundem Karlomannum cum suis complicibus de regno expellerent, iudicium episcopale de illis expetiit. Et quoniam apostolus praecipit cum huiusmodi nec cibum sumere, eosdem episcopi in quorum parochiis tanta mala commiserant, secundum sacros canones communione privarunt, sicut in epistolis continetur, quas inde iuxta sacras regulas ad alios episcopos transmiserunt. De Karromanno autem quia diocesis Sennensis erat diaconus, et post praefata per duas vices sacramenta de quibus periurus erat, sicut pater eius publica denuntiatione omnibus qui adfuere intimare curavit, et tanta rebellione et infidelitate contra illum, tantaque flagitia in regno suo commiserat, iudicium episcoporum ipsius provinciae expediendum decrevit. Deinde Karolus ad monasterium sancti Dionisii imminente quadragesimali tempore, usque ad sanctum pascha ibidem immoraturus regreditur, ubi et pascha Domini celebravit. Karlomannus insequente se a patre post eum scara directa, Iurum transiit, et sic Belgicis et in Galliis regionibus egerat mala coepta consequi non omisit. Hincmarus nomine tantum episcopus Laudunensis, homo insolentiae singularis, contra evangelicam veritatem et apostolicam atque Gelasianam auctoritatem contra regem rebellans, et inimicos ac sibi commissos tam clericos quam laicos sine ulla reverentia saeviens, et metropolitano suo se inde regulariter commonenti obedire contempnens, adeo ad regem et archiepiscopum suum atque episcopos totius regni erga se commovit, ut rex synodum in mense augusto apud Duciacum condiceret, quatinus de illius pravitatibus regula-

re ibi agitaretur iudicium. Ipse autem rex Karolus petentibus nepotibus suis Hludouuici fratris sui filiis Hludouuico et Karolo, per Viridunum obviam eis locuturus cum illis pergit, et inde ad synodum in Duciaco redit. Interea Hugo abba monasterii sancti Martini et Gozfridus cum ceteris transsequanis incaute adeuntes insulam Ligeris in qua Nortmanni firmitatem suam habebant, cum maximo damno et multorum occisione vix evaserunt. Hincmarus vero tandem cum multa superbia in synodum venit. In qua a rege Karolo secundum regulas ac classicas porrecta petitione, de causis certissimis regulariter accusatus atque convictus, depositionis iudicium regulare suscepit, sicut in gestis continetur ipsius synodi, quas eadem synodus per Actardum venerabilem episcopum qui eidem synodo interfuit, ad apostolicam sedem direxit. Praedicti quoque nepotes regis in Duciaco venerunt ad eum, petentes ut eos cum patre suo pacificaret. Sed et missi Hludouuici fratris sui ad eum venerunt, postulantes ut obviam illi secus Trectecum municipium ad colloquium illius veniret. Sic et fecit, ducens secum missos nepotum suorum, qui ea quae petierant apud patrem suum ex illorum voce narraret. Ubi quia missos Karlomanni filii sui intervenientes Hludouuico fratre suo Karolus rex audivit, et sic tantam sub editione suae correctionis eum redire ad se invitavit, quae invitatio nihil profecit. In quo aliquandiu colloquio Hludouuicus et Karolus immorantes, aut parum aut nihil profecerunt. Sicque ab invicem in capite mensis septembris separati, quisque ad sua repedare curavit, Hludouuicus scilicet ad Rainisburch pergit, quia maximum damnum a nepote receptum, qui principatum Winidorum post eum susceperat, habuit, in tantum ut markiones eius cum plurima turba suorum perdiderit, et terram quam in praeteritis annis obtinuerunt pretiose amiserunt. Karolus autem per Liptinas versus Audriacam villam venandi gratia repedavit. In quo itinere missos ab Italia plurimos suscepit, qui eum invitabant Italiam ire, quoniam nepos suus Hludouuicus imperator in Benevento civitate cum uxore et filia a Beneventanis occisus foret. Qui per Rhemum civitatem pergens, usque Vesontionem urbem pervenit. Karlomannus vero audiens patrem suum post se ire, suadentibus suis, ad illum cum ficta humilitate pervenit. Quem pater quidem recepit, et secum manere praecepit, usque dum ad suos fideles in Belgicam veniret, et eorum consilio inveniret qualiter eum honorare debuisset. Sed et Hludouuicus rex Germaniae audiens praefatum nepotem suum Hludouuicum imperatorem mortuum, filium suum Karolum in terram quam ultra Iurum habebat direxit, ut quos posset sacramento ad eius fidelitatem constringeret. Sic et fecit. Dum autem Karolus in Vesontio moraretur, missi sui quos in Italiam praemiserat nuntiaverunt ei quod ipse imperator Hludouuicus viveret et sanus corpore esset. Nam Adalgisus cum aliis Beneventanis adversus ipsum

rardo sibi obsides dari pro aliis castellis suis missis tradendis
coegit, et tribus nauibus gerardo datis, per rhodanum cum su
a uxore berta et mobilibus suis a uienna permisit abse
dere, et ipsam uiennam bosoni fratri uxoris suę commisit.
Ipseque per autisiodorum et senones ad monasterium sancti Dio
nisii, quantotius prout potuit uenire maturauit. Quod
audiens karlomannus cum suis complicibus ad mosonium
perrexit, et ipsum castellum cum uillis circumiacentibus deuasta
uit. Unde IIII. missos suos ficte ad patrem suum direxit,
quod sine honoribus ad illum fidei suę credens uenire, et de
eo illi de quibus commiserat satis facere uellet, tantum ut
de his qui cum eo erant misericorditer tractaret, qualiter esse
salui ualerent, non tamen a malo cepto uel aliquantulum des
titit. Karolus autem rex ad eumdem filium suum karloman
num cum duobus illius missis, nam alios duos secum retinuit,
gauzlinum abbatem et balduuinum comitem ipsius karloman
ni sororium misit, mandans illi conuenientiam, qua ad eum se
cure posset uenire si uellet. Ipse autem karlomannus do
lo se simulans ad patrem suum uenturum, alios missos im
possibilia quęrentes ad eum direxit, et ipse in partes tul
lenses perrexit. Karolus autem iudicium quęrens de talibus,
qui suum filium scilicet diaconum et aecclesiae sanctę ministrum a se
domino traditum furati fuerunt, et tanta ac talia flagitia at
que facinora et depolationes in regno suo fecerunt. Post iu
486 dicium uero mortis; omnia quę illorum erant infiscari p̄ce
pit. Et ordinatis scaris qui eundem karlomannum cum suis
complicibus de regno propellerent, iudicium episcopale de illis
expetiit. Et quoniam apostolus p̄cipit, cum huiusmodi nec cibum su
mere, eosdem episcopi in quorum parochiis tanta mala commiserant,
secundum sacros canones communione priuarunt, sicut in epistolis
continetur, quas inde iuxta sacras regulas ad alios episcopos tr-
ansmiserunt. De karlomanno autem quia dioceseos
sennensis erat diaconus, et post prestita per duas uices sa
cramenta de quibus periurus erat, sicut pater eius puplica de
nunciatione omnibus qui adfuer̄t intimare curauit, et
tantam rebellionem et infidelitatem contra illum, tantaque fla
gitia in regno suo commiserat, iudicium eporum ipsius prouin
cię excedendum decreuit. Deinde karolus ad monaste
rium sancti Dionisii imminente quadragesimali tempore, usque
ad sanctum pasca ibidem immoraturus, regreditur, ubi et
pasca domini cęlebrauit. Karlomannus insequente se a
patre post eum scara directa, iurum transiit, et sicut belgi
cis et in gallicis regionibus egerat, mala cepta exsequi
non omisit. Hincmarus nomine tantum episcopus laudunen
sis, homo insolentię singularis contra euangelicam uerita
tem, et apostolicam atque ęcclesiasticam auctoritatem, contra regem re
bellans, et in uicinos ac sibi commissos tam clericos quam lai
cos sine ulla reuerentia seuiens, et metropolitano su
o se inde regulariter commonenti obedire contempnens, ad
eo ad regem et archiepiscopum suum atque episcopos totius regni erga
se commouit, ut rex synodum in mense augusto apud du
ciacum condiceret, quatinus de illius prauitatibus regula
re ibi agitaretur iudicium. Ipse autem rex karolus
petentibus nepotibus suis hludouuici fratris sui filiis
hludouuico et karolo, per uiridunum obuiam eis locuturus
cum illis perrexit, et inde ad synodum in duciaco rediit.
Intera hugo abba monasterii sancti Martini, et gozfri
dus cum cęteris transsequanis incaute adeuntes insulam
ligeris in qua nortmanni firmitatem suam habebant,
cum maximo dampno et multorum occisione uix euaser̄.
Hincmarus uero tandem cum multa superbia, in syno
dum uenit. In qua a rege karolo secundum regulas ae
cclesiasticas porrecta peticione, de causis certissimis re
gulariter accusatus atque conuictus, depositionis iudici
um regulare suscepit, sicut in gestis continetur ipsius sy
nodi, quas eadem synodus per actardum uenerabilem episcopum
qui eidem synodo interfuit, ad apostolicam sedem direxit.
Prędicti quoque nepotes regis in duciacum uener̄ ad eum,
petentes ut eos cum patre suo pacificaret. Sed et mis
si hludouuici fratris sui ad eum uener̄, postulantes ut ob
uiam illi secus treiectum municipium ad conloquium illius ue
niret sicut et fecit, ducens secum missos nepotum suorum, qui
ea quę petier̄t apud patrem suum ex illorum uoce narra
ret. Ubi etiam missos karlomanni filii sui, interue
niente hludouuico fratre suo karolus rex audiuit, et
sicut antea sub conditione suę correctionis eum redire ad
se inuitauit, quę inuitatio nihil profecit. In quo a
liquandiu colloquio hludouuicus et karolus immo
rantes, aut parum aut nihil profecer̄. Sicque ab inuicem
in capite mensis septembris separati, quisque ad sua repedare
curauit. Hludouuicus scilicet ad rainisburch perrexit,
quia maximum dampnum a nepote resticii qui principa
tum uuinidorum post eum susceperat habuit, in tantum ut
markiones cum plurima turba suorum perdiderit, et ter
ram quam in p̄teritis annis obtinuerit, perniciose amise
rit. Karolus autem per liptinas uersus, audriacam uil
lam uenandi gratia repedauit. In quo itinere missos ab
italia plurimorum suscepit, qui eum inuitabant italiam ire,
quoniam nepus suus hludouuicus imperator in beneuento ci
uitate cum uxore et filia a beneuentanis occisus foret.
Qui per rhemum ciuitatem pergens, usque uesontionem urbem
peruenit. Karlomannus uero audiens patrem suum post se
ire, suadentibus suis, ad illum cum ficta humilitate perue
nit. Quem pater quidem receipt, et secum manere p̄ce
pit, usque dum ad suos fideles in belgicam ueniret, et eorum
consilio inueniret qualiter eum honorare debuisset. Sed
et hludouuicus rex germanię audiens pręfatum nepo
tem suum hludouuicum imperatorem mortuum, filium suum ka
rolum in terram quam ultra iurum habebat direxit, ut quos
posset sacramento ad eius fidelitatem constringeret, sicut
et fecit. Dum autem karolus in uesontio moraretur,
missi sui quos in in italiam p̄miserat nunciauer̄ ei quod
ipse imperator hludouuicus uiueret, et sanus corpore es
set. Nam adalgisus cum aliis beneuentanis aduersus ipsum

imperatorem conspirauit. quoniam idem imperator factione
uxoris suae eum in perpetuum exilium deducere disponebat.
Et cum idem Algisus noctu super ipsum imperatorem irrue
re disposuisset. idem cum uxore sua et cum eis quos secum
habebat quandam turrim altam ualde munitissimam as
cendit. et ibi per tres dies cum suis se defendit. Tandem episcopus
ipsius ciuitatis obtinuit apud beneuentanos. ut accep
tis ab eodem imperatore sacramentis illum uiuum et sanum absce
dere permitterent. Iurauit autem ipse et uxor eius et fi
lia eius. ac omnes sui quos secum habebat. quia numquam uel
nusquam per eandem causam ullam uindictam aut per se aut per quem
cumque de ipsa causa erga se perpetrata requireret. et num
quam cum hoste in beneuentanam terram intraret. Sicque per
spoletum egressus. uersus rauennam iter arripuit. man
dans apostolico Adriano ut obuiam illi in transitu itineris
sui ueniret. quatinus de ipso sacramento illum et suos ab
solueret. Interea Lantbertus cum alio Landberto sentientes si
bi reputari ab imperatore de his quae in eum facta fuerant.
ab eo discesserunt. et in partes beneuenti quia praefatus Adalgi
sus eis coniunctus erat perrexerunt. Quos idem imperator inse
quens. uxorem suam rauennam ubi placitum suum tenere dispo
suerat direxit. et primores regni italici ad eam uenire
mandauit. ut de his quae perperam tractarent. donec
ipse ab expeditione illa rediret. Sed quia Landbertum quem
insecutus fuerat consequi non poterat. reuerti imperator quo
disposuerat studuit. Karolus autem audiens occasionem
qua putabatur Hludouuicus imperator occisus et quia ui
uus erat. a uesontio recto itinere per pontigonem. et inde
per attiniacum usque ad siluacum uenit. Quo placitum cum suis con
siliariis habuit. et eorum consilio Karlomannum iterum silua
nectis custodiae mancipauit. et eius complices sacramento
suae fidelitatis per singulos comitatus constringi praecepit. Sic
que accipientibus senioratum. quemcumque uellent de suis fide
libus. et in pace uiuere uolentibus. in regno suo habita
re permisit. Deinde a siluaco compendium uenit. ibique na
872 tiuitatem domini celebrauit. Anno domini DCCCLXXII. Com
pendio denique mouens. XIIII kl febr. iter arripuit ad
monasterium. locutus cum Rorico et Rodulfo normannis.
reditur initio quadragesimae iterum ad compendium. Et
sabbato ante palmas ad monasterium sancti Dionisii uenit.
ibi pascha domini celebrauit. Post pascha obuiam Ingelbergae
985 imperatrici sicut ei per suos missos mandauerat. ad sanctum Mau
ricium perrexit. Sed incerto comperiens nuncio eandem Ingel
bergam apud trientum cum Hludouuico rege germaniae in ipso
maio locuturam. a coepto deflexit itinere. ad siluacum
uenit. Ibique Adalardus ex parte Hludouuici fratris sui ue
niens. petiit ut cum eodem fratre suo Hludouuico locuturus
secus traiectum ueniret. cum idem Hludouuicus ad reinis
burch post emissum hostem cum Karlomanno filio suo aduer
sus uuinidos aquis rediret. Karolus autem filio suo Hlu
douuico Bosonem fratrem uxoris suae camerarium et osti
ariorum magistrum constituens. cui et honores Gerardi
comitis bituricensis dedit. cum Bernardo itemque Bernardo
alio marchione in aquitaniam misit. et dispositionem ipsius
regni ei commisit. Bernardo autem tolosae comiti. post prae
stita sacramenta carcasonem et rhedas concedens. ad tolosam re
misit. Praedictus autem rex Hludouuicus germaniae fili
os suos Hludouuicum et Karolum ad se uocans. ut eos cum Kar
lomanno pacificaret. dolose illis iurari fecit. Sed et idem
filii sui et homines eorum. dolose nihilominus Hludouui
co sacramenta praebuerunt. Et uolens idem Hludouuicus pater ut
ipsi filii sui cum fratre illorum Karlomanno aduersus uuinidos
pergerent. obtinere non potuit. Unde hostem quam magnum po
tuit cum Karlomanno direxit. et ipse ut praedictum est apud
trientum cum Ingelberga loquens. partem regni Hlotharii quam con
tra Karolum accepit neglectis sacramentis inter eos pactis. sine con
sensu ac conscientia hominum quondam Hlotharii qui se illi com
mendauerunt clam reddidit. Unde utrique sacramenta prioribus
sacramentis quae cum fratre suo pepigerat. diuersa atque aduersa
inter eos sunt facta. Quibus patratis. Ingelberga missum suum ad
Karolum direxit. mandans illi sicut et prius. ut ad sanctum Mau
ricium illi occurreret. Karolus uero compertis his quae contra eum et
fratrem suum acta fuerunt. noluit illuc ire. sed nuncios suos ad
eam direxit. qui nihil certi ab ea ei renunciauerunt. Adrianus
papa secundum quod Nicolaus decessor eius disposuerat. missos
suos Donatum scilicet ostiensem episcopum. et Stephanum nepesinum 986
episcopum. et Marinum diaconum sanctae romanae aecclesiae. ad Basili
um imperatorem et ad filios eius Constantinum et Leonem augustos
constantinopolim direxit. cum quibus et Anastasius biblioteca
rius romanae sedis. utriusque linguae graecae scilicet et
latinae peritus perrexit. Et synodo congregata. quam
octauam uniuersalem synodum illuc conuenientes appellauerunt.
exortum scisma de Ignatii depositione et Focii ordina
tione sedauerunt. Focium anathematizantes. et Ignatium
restituentes. In qua synodo. de imaginibus adorandis
aliter quam orthodoxi doctores antea diffinierant. et pro
fauore romani pontificis qui eorum uotis de imaginibus
adorandis annuit. et quaedam contra antiquos canones. sed
et contra suam ipsam synodum constituerunt. sicut qui eandem sy
nodum legerit patenter inuenerit. Hludouuicus autem
imperator uigilia pentecosten romam uenit. et in cras
tinum coronatus ab Adriano papa. post celebrata missa
rum sollempnia una cum eo ad lateranense palatium cum po
pa equitando coronatus perrexit. et hoste collecta. ro
ma iterum in partes beneuentanas perrexit. Et quia
primores italiae Ingelbergam propter suam insolentiam haben
tes exosam. in loco illius filiam uuinigisi imperatoris sub
stituentes. obtinuerunt apud eundem imperatorem. ut missum
suum ad Ingelbergam mitteret. quatinus in italia perge
ret. et post illum non pergeret. sed eum in italia reuersurum ex
pectaret. Ipsa autem non obaudiens illius mandatum.
post eum ire maturauit. et Uuibodum episcopum ad Karolum
quasi amicitiae gratia misit. putans nescire Karo
lum quae inter illam et Hludouuicum regem facta fuerunt.

imperatorem conspirauit, quoniam idem imperator faccione uxoris suę eum in perpetuum exilium deducere disponebat. Et cum idem algisus noctu super ipsum imperatorem irrue re disposuisset, idem cum uxore sua et cum eis quos secum habebat quandam turrem altam ualde munitissimam as cendit, et ibi per tres dies cum suis se defendit. Tandem episcopus ipsius ciuitatis obtinuit apud beneuentanos, ut accep tis ab eodem imperatore sacramentis, illum uiuum et sanum absce dere permitterent. Iurauit autem ipse et uxor eius et fi lia eius, ac omnes sui quos secum habebat, quia nunquam uel nusquam pro eadem causa ullam uindictam aut per se aut per quem cumque de ipsa causa erga se perpetrata requireret, et nun quam cum hoste in beneuentanam terram intraret. Sicque per spoletum egressus, uersus rauennam iter arripuit, man dans apostolico adriano ut obuiam illi in transitu itineris sui ueniret, quatinus de ipso sacramento illum et suos ab solueret. Interea lantbertus cum alio landberto sentientes si bi rtputari ab imperatore de his quę in eum facta fuerant, ab eo discesser̄, et in partes beneuenti, quia praefatus adalgi sus eis coniunctus erat perrexer̄. Quos idem imperator inse quens, uxorem suam rauennam ubi platitum suum tenere dispo suerat direxit, et primores regni italici ad eam uenire mandauit, ut de his quę p̄ceperat tractarent, donec ipse ab expeditione illa rediret. Sed quia landbertus quem insecutus fuerat consequi non poterat, reuerti imperator quo disposuerat studuit. Karolus autem audiens occasionem qua putabatur hludouuicus imperator occisus et quia ui uus erat, a uesontio recto itinere per pontigonem, et inde per attiacum usque ad siluacum uenit. Quo placitum cum suis con siliariis habuit, et eorum consilio karlomannum iterum silua nectis custodię mancipauit; et eius complices sacramento suę fidelitatis per singulos comitatus constringi p̄cepit. Sic que accipientibus senioratum, quemcumque uellent de suis fide libus, et in pace uiuere uolentibus in regno suo habita re permisit. Deinde a siluaco compendium uenit, ibique na tiuitatem domini celebrauit, anno domini DCCC LXX II. **C**om pendio deque mouens, XIIII kalend. februar. iter arripuit ad monasterium, locuturus cum rorico et Rodulfo nortmannis, rediturus in inicio quadragimę iterum ad compendium. Et sabbato ante palmas ad monasterium sancti dionisii ueniens;
485 ibi pasca domini celebrauit. [Post pasca obuiam ingelbergę imperatrici sicut ei per suos missos mandauerat, ad sanctum Mau ricium perrexit. Sed incerto comperiens nuncio eandem Ingel bergam apud trientum cum hludouuico rege germanię in mense maio locuturam, a condicto deflexit itinere, ad siluacum uenit. Ibique adalardus ex parte hludouuici fratris sui ue niens, petiit ut cum eodem fratre suo hludouuico locuturus secus treiectum ueniret, cum idem hludouuicus ad renis- burch post emissum hostem cum karlomanno filio suo aduer sus uuinidos aquis rediret. Karolus autem filio suo hlu douuico Bouonem fratrem uxoris suę camerarium et osti ariorum magistrum constituens, cui et honores Gerardi comitis bituricensis dedit, cum bernardo itemque bernardo alio markione in aquitaniam misit, et dispositionem ipsius regni ei commisit. Bernardo autem tolosę comiti, post p̄s tita sacramenta carcasonem et rhedas concedens, ad tholosam re misit. Prędictus autem rex hludouuicus germanię, fili os suos hludouuicum et karolum ad se uocans, ut eos cum kar lomanno pacificaret, dolose illis iurari fecit. Sed et idem filii sui et homines eorum, dolose nihilominus hludouui co sacramenta p̄buer̄. Et uolens idem hludouuicus pater ut ipsi filii sui cum fratre illorum karlomanno aduersus uuinidos pergerent, obtinere non potuit. Unde hostem quam magnum po tuit cum karlomanno direxit, et ipse ut p̄dictum est apud trientum cum ingelberga loquens, partem regni hlotharii quam con tra karolum accepit neglectis sacramentis inter eos pactis, sine con sensu ac conscientia hominum quondam hlotharii qui se illi com mendauer̄ clam reddidit. Vnde utrimque sacramenta prioribus sacramentis quę cum fratre suo pepigerat, diuersa atque aduersa inter eos sunt facta. Quibus patratis, ingelberga missum suum ad karolum direxit, mandans illi sicut et prius, ut ad sanctum Mau ricium illi occurreret. Karolus uero compertis his quę itter eam et fratrem suum acta fuer̄, noluit illuc ire, sed nuncios suos ad eam direxit, qui nihil erti ab ea ei renunciauer̄. Adrianus papa secundum quod nicolaus decessor eius disposuerat, missos suos donatum scilicet ostiensem episcopum, et stephanum nepessimum 486
episcopum, et marinum diaconum sanctę romanę aecclesiae, ad basili um imperatorem et ad filios eius constantinum et leonem augustos constantinopolim direxit, cum quibus et anastasius bibliothe carius romanę sedis, utriusque linguę grecę scilicet et latinę perrexit peritus. Et synodo congregata, quam octauam uniuersalem synodum illuc conuenientes appellauer, exortum scisma de ignatii depositione et focii ordina tione sedauer̄, focium anathematizantes, et ignatium restuentes. In qua synodo, de imaginibus adorandis aliter quam orthodoxi doctores antea diffinierant, et pro fauore romani pontificis qui eorum uotis de imaginibus adorandis annuit, et quędam contra antiquos canones, sed et contra suam ipsam synodum constituer̄, sicut qui eandem sy nodum legerit patenter inuenerit. Hludouuicus autem imperator uigilia pentecosten romam uenit, et in cras tinum coronatus ab adriano papa, post celebrata missa rum sollempnia una cum eo ad lateranense palatium cum pom pa equitando coronatus perrexit; et hoste collecta, ro ma iterum in partes beneuentanas perrexit. Et quia primores italię ingelbergam propter suam insolentiam haben tes exosam, in loco illius filiam uuinigisi imperatoris sub stituentes, obtinuer̄ apud eundem imperatorem, ut missum suum ad ingelbergam mitteret, quatinus in italiam dege ret, et post illum non pergeret, sed eum in italia reuersurum ex pectaret. Ipsa autem non obaudiens illius mandatum, post eum ire maturauit, et uuibodum episcopum ad karolum quasi amicitiae gratia misit, putans nescire karo lum quę inter illam et hludouuicum regem facta fuere;

Unbodus autem ad pontem Liadi ad Karolum venit, nam illuc paulo ante quibusdam in Burgundia causis componendis perrexerat. Ubi ei nuntiatur ab hominibus Bernardi filii Bernardi qui Vitellus cognominabatur occisus, et honores eius praedicto Gerardo sunt dati. Karolus autem ad Burgundiam ad Gundulfi villam placitum ibi antea condictum habiturus kalendis septembris revertitur. Ubi aliquantisper immoratus et quae sibi visa fuerunt dispositis, venandi gratia ad Arduennam perrexit. Et octobrio mense navigio per Mosam usque Traiectum veniens, cum Rorico et Rodulfo Nortmannis qui obviam ei navigio venerant locutus, Roricum sibi fidelem benigne suscepit, et Rodulfum insidias machinantem et superflua expetentem inanem dimisit, et contra ipsius insidias fideles suos ad munitionem paravit. Indeque per Attiniacum itinere equestri revertens, nativitatem Domini in monasterio sancti Medardi celebravit. Adrianus papa moritur, et Iohannes archidiaconus Romanae ecclesiae XVII kalendas Ianuarii in locum ipsius substituitur. Anno Domini DCCCLXXIII. Quia vero multi erant in regno Karoli qui expectabant ut per Karlomannum adhuc rediviva mala agerentur in sancta Dei ecclesia et in aliis regnis, de quibus regio ministerio cum consilio fidelium suorum secundum morem praedecessorum suorum ac progenitorum leges pacis ecclesiae et regni soliditati congruas promulgavit et ab omnibus observari decrevit. Iubet ergo convocari episcopos regni sui apud Silvanectis civitatem, in qua idem Karlomannus morabatur, quatenus secundum sacros canones, a quibus nulla, ut Leo dicit, aut negligentia aut praesumptione licet cuiquam discedere, episcopale ministerium de illo exsequerentur. Sicut et fecerunt, deponentes illum secundum sacras regulas ab omni gradu ecclesiastico, laicali sibi communione servata. Quod cum factum fuisset, antiquus et callidus adversarius illum et suos complices ad argumentum aliud excitavit, videlicet quia liberius ad nomen et potentiam regiam conscendere posset, quia ordinem ecclesiasticum non haberet, et quia episcoporum iudicio ecclesiasticum gradum amisit, etiam tonsuram ecclesiasticam licentius amittere posset. Unde post depositionem eius complices illius ardentius ceperunt se ei iterum reiungere, et alios quos valebant in societatem suam abducere, quatenus mox ut locum invenire possent, illum a custodia in qua servabatur educerent et sibi regem constituerent. Quapropter necesse fuit etiam illa de quibus ab episcopis iudicatus non fuerat in medium revocare, et secundum sacrarum legum decreta pro admissis suis iudicio mortis addictum, mitiori sententia, ut locum et spatium poenitendi haberet et graviora amittendi facultatem sicut meditabatur non haberet, luminibus ac dominatione ceterorum qui adfuerunt orbari, quatenus perniciosa spes pacem odientium de illo frustraretur, et ecclesia Dei ac christianitas in regno eius cum infestatione paganorum seditione exitiabili perturbari non posset. Hludowicus Germaniae rex ante nativitatem Domini ad Franconofurth ad palatium venit, ibique nativitatem Domini celebravit, et placitum suum ibidem circa kalendas februarii condixit. Quo filios suos Hludowicum et Karolum cum aliis suis fidelibus

457

homines quoque qui de regno quondam Hlotharii illi se commendaverant convenire praecepit. Et dum ibi degeret, venit ad Karolum filium eius diabolus transfigurans se in angelum lucis, et dixit illi quod pater eius, qui illum causa Karlomanni fratris sui perdere moliebatur, Deum offensum haberet et regnum in brevi amitteret, et eidem Karolo Deus illud regnum habendum dispositum haberet, quod in proximo obtineret. Ipse autem Karolus timore perterritus, quia domui in qua latebat adherebat, ecclesiam est ingressus; quo cum diabolus est insecutus. Cui iterum dixit: Cur times et fugis? Nam nisi ex Deo venissem tibi adnuncians quae in proximo sunt futura, in hanc domum Domini te sequens non intrarem. His et aliis blanditiis eum persuasit ut communionem a Deo sibi missam de manu illius acciperet. Sic et fecit. Et post buccellam ipse satanas intravit in eum. Veniens autem ad patrem suum et residens in consilio eius cum fratre et aliis fidelibus tam episcopis quam laicis, subito invasus surrexit et dixit quia seculum vellet dimittere, et quia uxorem suam carnali commercio non contingeret. Et discingens se spata cadere in terram illam permisit. Et cum se vellet balteo discingere, cepit exuere, cepit vexari. Comprehensus autem ab episcopis et aliis viris, turbato patre et omnibus qui adfuerunt vehementique stupore perculsis, ductus est in ecclesiam. Et Liutbertus archiepiscopus induens se sacerdotalibus vestibus missam cantare cepit. Cumque ventum fuisset ad locum sancti evangelii, cepit magnis vocibus patria lingua ve clamare, et sic continuis vocibus ve illud clamavit usque dum missa celebrata fuit. Quem pater eius episcopis et aliis fidelibus committens per sacra loca sanctorum martyrum deduci praecepit, quatenus illorum meritis et orationibus a demone liberatus ad sanam mentem Domino miserante redire praevaleret. Deinde disposuit illum Romam dirigere, sed quibusdam intervenientibus causis iter illud dimisit. Hludowicus imperator Italiae in Capua residens, mortuo iam Lantberto Calvo et perveniente patricio imperatoris Grecorum cum hoste in civitatem quae Idrontus dicitur in auxilium Beneventorum, qui censum quem imperatoribus Francorum hactenus dabant illi persoluturos se promittebant, quoniam aliter Adalgisum obtinere non poterat, mandavit apostolico Iohanni compatri Adalgisi ut ad eum veniret apud Capuam et sibi Adalgisum reconciliaret, volens ostentare quasi intercedente beati Petri vicario ipsum Adalgisum reciperet, de quo iuraverat quod nunquam de illis partibus rediturus esset antequam illum caperet, quem revera virtute sua obtinere non posset. 458 Karolus hostem denuntiat versus Brittanniam, ut Nortmanni qui Andegavis civitatem occupaverant non autumarent, sed adversus eos illum iturum, ne ad alia loca in quibus ita constringi non possent aufugerent. Dum autem illuc pergeret, in ipso itinere nunci

Diabolus

Uuibodus autem ad pontem liadi ad karolum uenit, nam illuc pro quibusdam
in burgundia causis componendis perrexerat. Vbi ei nuntiatur ab ho
minibus bernardi filii bernardi qui uitellus cogno
minabatur occisus, et honores eius p̄dicto Gerardo sunt da
ti. Karolus autem ad burgundiam ad gundulfi uillam pla
citum ibi antea conditum habiturus, kalendas septembris reuertitur. Ubi
aliquantisper immoratus, et quę sibi uisa fuere dispositas,
uenandi gratia ad arduennam petiit, et octobrio mense nauigi
o per mosam usque treiectum ueniens, cum rorico et Rodulfo nort
mannis qui obuiam ei nauigio uenerant locutus, Roricum
sibi fidelem benigne suscepit, et Rodulfum infidelia machi
nantem et superflua expetentem inanem dimisit, et contra ipsius
insidias fideles suos ad munitionem parauit. Indeque per
attiniacum itinere equestri reuertens, natiuitatem domini in
monasterio sancti medardi celebrauit. Adrianus papa mo
ritur, et Iahannes archidiaconus romanę aecclesiae, XVII
II kalendas ianuarii in locum ipsius substituitur; anno domini DCCC
LXX III. **Q**uia ergo multi erant in regno karoli, qui expec
tabant ut per karlomannum adhuc rediuiua mala ageren
tur in sancta dei aecclesia, et in aliis regnis, de quibus regio ministe
rio cum consilio fidelium suorum secundum morem p̄descessorum suorum ac
progenitum, leges pacis aecclesiae et regni solitati congruas promul
gauit, et ab omnibus obseruari decreuit. Iubet ergo conuoca
ri episcopos regni sui apud siluanectis ciuitatem, in qua idem kar
lomannus morabatur, quatinus secundum sacros canones a quibus
nulla ut leo dicit aut neglentia aut p̄sumptione licet eis
discedere, episcopale ministerium de illo exsequerentur sicu
ti et fecerunt, deponentes illum secundum sacras regulas ab
omni gradu aecclesiastico laicali sibi communione seruata.
Quod cum factum fuisset, antiquus et callidus aduersarius il
lum et suos complices ad argumentum aliud excitauit, uidelicet
quia liberius ad nomen et potentiam regiam conscendere posset,
quia ordinem ęcclastiami non haberet, et quia episcoporum iudicio ęc
clesiasticum gradum amisit, etiam tonsuram ęcclesiasticam licentius am-
487 ittere posset. Unde post depositionem eius, complices illius
ardentius cępēr se ei iterum reconiungere, et alios quos ua
lebant in societatem suam abducere, quatinus mox ut lo
cum inuenire possent, illum a custodia in qua seruabatur
educerent, et sibi regem constituerent. Quapropter ne
cesse fuit etiam illa de quibus ab episcopis iudicatus non fue
rat in medium reuocare, et secundum sacrarum legum decreta
pro amissis suis iudicio mortis addictum, mitiori senten
tia ut locum et spacium poenitendi haberet, et grauiora
amittendi facultatem sicut meditabatur non haberet, lu
minibus ac dominatione cunctorum qui adfuer̄ orbari, qua
tinus pernitiosa spes pacem odientium de illo frustraret, et aec
clesia dei ac christianitas in regno eius cum infestatione paganorum
seditione exitiabili perturbari non posset. Hhludouuicus
germanię rex ante natiuitatem domini ad franconofurth
ad palatium uenit, ibique natiuitatem domini celebrauit, et
placitum suum ibidem circa kalend. februarii condixit. Quo filios
suos hludouuicum et karolum cum aliis suis fidelibus,
homines quoque qui de regno quondam hlotharii illi
se commendauer̄ conuenire p̄cepit. Et dum ibi degeret,
uenit ad karolum filium eius diabolus, transfigurans se in diabolus
angelum lucis, et dixit illi quod pater eius qui illum causa
karlomanni fratris sui perdere moliebatur domum offensum
haberet, et regnum in breui amitteret, et eidem karolo
deus illud regnum habendum dispositum haberet, quod in proxi
mo obtineret. Ipse autem karolus timore perterritus, quia
domui in qua latebat adherebat, aecclesiam est ingres
sus, quo eum diabolus est insecutus. Cui iterum dixit.
Cur times et fugis? Nam nisi ex deo uenissem, tibi ad
nuncians quę in proximo sunt futura, in hanc do
mum domini te sequens non intrarem. His et aliis blandici
is ei persuasit, ut communionem a deo sibi missam de ma
nu illius acciperet, sicut et fecit. Et post buccellam, ip
se satanas intrauit in eum. Ueniens autem ad patrem
suum, et residens in consilio eius cum fratre et aliis fidelibus
tam episcopis quam et laicis, subito inuasus surrexit; et di-
quis rediit, ibique tribus diebus stetit, indeque obuiam fratri suo ka
rolo apud confluentes uenit. Ubi simul locuti, karolus uersus
mettis, indeque in alamanniam infirmus rediit; et hludouuicus
ultra rhenum perrexit. Karlomannus frater eorum, nec ad eos nec ad pa
truum suum karolum imperatorem sicut ei mandauerat uenit, occu
patus in belligeratione contra uuinidos. Karolus imperator conra
dum et alios primores ad nortmannos qui in sequanam ue
nerant misit, ut quocumque modo possent cum eis foedus pacisce
retur, et ad condictum placitum renunciarent. Domnus im
perator karolus ad placitum suum in salmonciaco sicut condixerat
uenit, ibique homines de parte regni quondam hlotharii
quam frater suus contra eum acceperat, ad se post fugam de andru
aco ueniens suscepit, et quasdam abbatias sicut erant inte
gras dedit, quibusdam de abbatia martianas quam diuiserat
beneficia donauit, et sic a se abire permisit. Scaras quoque quę
contra nortmannos secus sequanam in procinctu essent disposuit.
Ipse autem ad uirzinniacum uillam ueniens, grauiter passione
pleurisis est infirmatus, adeo ut uiuere desperaret, ibique na
tale domini celebrauit, anno incarnationis dominicę DCCC LXX VII.
Conualescens autem, per carisiacum ad compendium uenit. Vbi
dum moraretur, filius eius qui antequam richildis ad anten
nacum ueniret in uia natus fuerat infirmatur, et a bosone a
uunculo suo de fonte susceptus karolus nominatus moritur, et ad
monasterium sancti Dionisii sepeliendus defertur. [Karolus autem im 496
perator in compendio quadragesimam peragens, pasca domini celebrauit,
et missos apostolici iohannis Petrum episcopum foro fronii, itemque Petrum episcopum se
nogallię suscepit, per quos tam uerbis quam litteris eum aplicus iohannes romam
uocauit, quatinus sicut promiserat sanctam romanam ecclesiam a paganis
quibus infestabatur eriperet atque defenderet. Kalendas mai episcopos remensis
prouincię sed et aliarum prouinciarum compendio uocauit, et ecclesiam 497
quam in eodem oratorio construxerat, cum multo apparatu in sua et
nunciorum apostolicę sedis p̄sentia ab eisdem episcopis consecrari fecit. Inde
placitum suum generale kalendas iulii habuit, ubi per capitula qualiter
regnum francię filius suus hludouuicus cum fidelibus eius et regni pri
moribus regeret; usque dum ipse roma rediret ordinauit, et quomo
do tributum de parte regni francię quam ante mortem hlotharii
habuit; sed et inde burgundia exigeretur disposuit, scilicet ut census
de mansis indominicatis solidus unus, de unoquoque manso in
genuili IIII denarii de censu dominico, et IIII de facultate man
suarii. De manso uero seruili II denarii de censu dominico, et II
de facultate mansuarii. Et unusquisque episcopus de presbiteris suę par
rochię, secundum quod cuique possibile erat; a quo plurimum V.
solidos, a quo mininum IIII denarios episcopi de singulis presbiteris acciperent, et
missis dominicis redderent. Sed et de thesauris aecclesiarum, pro
ut quantitas loci extitit, ad idem tributum soluendum adceptum
fuit. Summa uero tributi, fuer̄ V. milia librę argenti ad pen
sam. Illi uero tam episcopi quam et alii qui transsequanam sunt, de neustria
tributum illis nortmannis qui in ligeri erant secundum quod sibi ab
eis impositum fuit undecumque ualuer̄ reddere procurauer̄. Domnus
autem imperator karolus de carisiaco compendium; indeque per suessionis
ad rhemum ciuitatem, et sic iter suum per catalaunis et pontigonem atque
angonis peragens cum uxore et maxima auri et argenti cabal
lorumque ac facultatum aliarumque copia, de francia italiam petiit.
Et ueniens ultra iurum usque ad urbem, obuiam habuit adalgari
um episcopum, quem mense februario romam direxit, peragenda synoda a papa io
hanne. Cuius exemplar isdem adalgarius, pro munere magno
imperatori detulit. Summa uero eiusdem synodi post multas et multiplices
laudes imperatoris hęc est, ut electio et promotio ad imperialia
sceptra anno p̄terito romę celebrata, ex tunc et nunc, et in perpetuum
firma et stabilis maneat. Quam si quis perturbare aut uiola
re temptauerit, cuiuscumque sit ordinis aut dignitatis uel professionis
anathemate usque ad satisfactionem teneatur omni tempore adnexus.
Patratores et incitatores huius consilii si quidem clerici fuerint
deponantur, laici uero et monachi, perpetuo anathæmate ferian
tur. Vt quia synodus anno p̄terito apud pontigonem hinc ha
bita secus andranacum nil profuit, usquequaque ista debeat p̄ua
lere. Nuntiauit etiam inter alia isdem adalgarius imperatori,
quoniam iohannes papa obuiam illi papiam ueniret. Quapropter p̄mi
sit odacrum secundi scrinii notarium, Goiramnum comitem et pip
pinum atque heribertum, ad procuranda ipsius papę seruitia. Ip
se autem festinato perrexit ad eum, quem obuium habuit apud
uercellis ciuitatem, et recepto cum honore maximo, perrex
er̄ simul usque papiam. Vbi eis nunciatum est non incerta rela

tione, Karlomannum Hludowici fratris sui filium cum maxima multitudine bellatorum super eos venire. Quapropter relinquentes Papiam, venerunt ad Tardunam. Et consecrata Richildis a papa Iohanne in imperatricem, mox retrorsum fugam arripuit cum thesauro versus Moriennam. Imperator autem aliquamdiu una cum papa Iohanne in eisdem locis immorans, expectavit primores regni sui, Hugonem abbatem, Bosonem, Bernardum Arvernicum comitem, itemque Bernardum Gothiae marchionem, quos secum ire iusserat. Qui una cum aliis regni primoribus, exceptis paucis, et episcopis adversus eum conspirantes coniuraverant. Et comperiens eos non venturos, ut audierat ipse et papa a Papia quare Karlomannum, imperator post Richildem fugam arripuit, et papa Iohannes versus Romam concite festinavit. Per quem Karolus imperator imaginem Salvatoris in cruce fixam ex auro multi ponderis fabrefactam et gemmis pretiosis ornatam sancto direxit Petro apostolo. Karlomannus vero mendacio nuntio audiens quod imperator et papa Iohannes super eum cum multitudine maxima bellatorum venirent, et ipse fugam arripuit per viam qua venerat. Sicque Deus more misericordiae suae conventum illum disposuit. Karolus vero febre correptus, pulverem bibit, quem sibi nimium dilectus ac credulus medicus suus Iudeus nomine Sedechias transmisit, ut ea potione a febre liberaretur. Insanabili veneno hausto, inter manus portantium transito monte Cinisio, perveniens ad locum qui Brios dicitur, misit pro Richilde, quae erat apud Moriennam, ut ad eum veniret; sicut et fecit. Et XI. die post venenum haustum in vilissimo tugurio mortuus est II. non. Octobr. Quem aperientes qui cum eo erant, ablatis interaneis, et infuso vino ac aromatibus quibus poterant, et imposito locello, ceperunt ferre versus monasterium sancti Dionisii, ubi sepeliri se postulaverat. Quem pro fetore non valentes portare, miserunt in tonna interius exteriusque picata, quam coriis involverunt; quod nihil ad fetorem tollendum profecit. Unde ad cellam quandam monachorum Lugdunensis episcopii, quae Nantoadis dicitur, vix pervenientes, illud corpus cum ipsa tonna terrae mandaverunt. Karlomannus vero pene usque ad mortem infirmatus et lectica delatus ad propria, per annum ita iacuit, ut a multis fuerit desperatus. Hludowicus accepto nuntio in Audriaca villa de morte patris sui, quos potuit reconciliavit sibi, dans eis abbatias et comitatus ac villas secundum uniuscuiusque postulationem. Et ita agens per Carisiacum et Compendium usque ad Vernum, quatenus ad sepulturam patris sui apud monasterium sancti Dionisii superveniret. Ubi audiens patrem suum sepultum, et regni primores tam abbates quam comites indignatos, quia quibusdam honores dederat sine consensu illorum, et ob id adversum se conspiratos esse, reversus est Compendium. Ipsi autem primores cum Richilde diripientes omnia quae in via illorum erant, usque ad Avennacum monasterium pervenerunt, et conventum suum ad montem Witmari condixerunt. Inde missos suos ad Hludowicum direxerunt. Sed et Hludowicus legatos suos ad eos direxit. Et discurrentibus inter eos missis, ad hoc perventum est, ut Richildis et ipsi primores ad eum Compendium venirent, et suum conventum ad Casnum in Cona condixerunt. Richildis Compendium ad Hludowicum veniens missa sancti Andreae, attulit ei praeceptum per quod pater suus illi regnum ante mortem suam tradiderat, et spatam quae vocatur sancti Petri, per quam eum de regno revestiret, sed et regium vestimentum et coronam ac fustem ex auro et gemmis. Et discurrentibus legatis inter Hludowicum et regni primores, et pactis honoribus singulis quos petierunt, VI. id. Dec., consensu omnium tam episcoporum et abbatum quam regni primorum ceterorumque qui adfuerunt, consecratus et coronatus est in regem Hludowicus ab Hincmaro Remorum episcopo. Et episcopi se suasque ecclesias illi ad debitam defensionem et canonica privilegia sibi servanda commendaverunt, profitentes secundum suum scire et posse iuxta suum ministerium consilio et auxilio illi fideles fore. Abbates autem et regni primores ac vassalli regii se illi commendaverunt, et sacramento secundum morem fidelitatem promiserunt.

Spata sancti Petri.

Quando Hludowicus rex, filius Karoli, fuit coronatus in Compendio, hoc petierunt episcopi apud ipsum, sicut hic subsequitur: A vobis perdonari nobis petimus, ut unicuique de nobis et ecclesiis nobis commissis, secundum primum capitulum quod novissime in Carisiaco domnus imperator pater vester a se et a vobis servaturum consentientibus fidelibus ac vestris atque apostolicae sedis legatis legente Gozleno denuntiavit, canonicum privilegium et debitam legem atque iustitiam conservetis, et defensionem exhibeatis, sicut rex in suo regno unicuique episcopo et ecclesiae sibi commissae iuste exhibere debet. Ipse autem Hludowicus talem promissionem fecit illis episcopis: Promitto et perdono vobis, quia unicuique de vobis et ecclesiis vobis commissis secundum primum capitulum quod novissime in Carisiaco domnus imperator pater meus servaturum se consentientibus fidelibus illius ac nostris atque apostolicae sedis legatis legente Gozleno denuntiavit, canonicum privilegium et debitam legem atque iustitiam conservabo, et defensionem quantum potuero exhibebo adiuvante Domino, sicut rex in suo regno unicuique episcopo et ecclesiae sibi commissae debitor est exhibere. Hoc est capitulum quod hic commoratur: De honore quoque et cultu Dei atque sanctarum ecclesiarum, quae auctore Deo sub ditione et tuitione regiminis nostri consistunt, Domino mediante decernimus, ut sicut tempore beatae recordationis domni genitoris nostri excultae et honoratae atque rebus ampliatae fuerunt, et quae a nostra liberalitate honoratae atque ditatae sunt, de cetero sub integritate sui serventur. Et sacerdotes atque servi Dei vigorem ecclesiasticum et debita privilegia iuxta reverendam auctoritatem obtineant. Et eisdem principalis potestas et illustrium virorum strenuitas seu reipublicae administratores, ut suum ministerium competenter exequi valeant, in omnibus rationabiliter et iuste concurrant. Et filius noster haec supradicta similiter Deo adiuvante conservet.

Commendatio Ansigysi episcopi et aliorum episcoporum qui adfuerunt apud Compendium quando benedixerunt filium Karoli imperatoris Hludowicum.

Me ac ecclesiam mihi commissam vobis commendo ad debitam legem et iustitiam conservandam et defensionem exhibendam, sicut rex episcopo et ecclesiae suae iusto iudicio conservare et exhibere debet. Professio ipsius: Ego ille sic profiteor, de ista die et deinceps isti seniori et regi meo Hludowico, Karoli et Hyrmentrudis filio, secundum meum scire et posse et meum ministerium et auxilio

tione, karromannum hludouuici fratris sui filium cum maxima
multitudine bellatorum super eos uenire. Qua propter relinquen
tes papiam, uener̄ ad tardunam, et consecrata richildis a papa
iohanne in imperatricem, mox retrorsum fugam arripuit cum thesauro,
uersus moriennam. Imperator autem aliquamdiu una cum papa iohanne in eis
dem locis immorans, expectauit primores regni sui, hugonem Ab
batem, bosonem, bernardum aruernicum comitem, itemque bernardum go
thię markionem, quos secum ire iusserat, qui una cum aliis regni
primoribus exceptis paucis et episcopis, aduersus eum conspirantes
coniurauerant. Et comperiens eos non uenturos, ut audier̄ ipse et papa appropin
quare karlomannum, imperator post richildem fugam arripuit, et
papa iohannes uersus romam concite festinauit. Per quem karolus
imperator imaginem saluatoris in cruce fixa ex auro multi po-
ndoris fabrefactam, et gemmis p̄tiosis ornatam, sancto direxit Pe
tro apostolo. Karlomannus uero mendacii nuncio audiens quod im
perator et papa hohannes super eum cum multitudine maxima bellatorum
uenirent, et ipse fugam arripuit per uiam quam uenerat, sicque
deus more misericordię sue conuentum illum disposuit. Karolus uero
febre correptus, puluerem bibit, quem sibi nimium dilectus ac
credulus medicus suus iudeus nomine sedechias transmisit,
ut ea potione a febre liberaretur, insanabili uoeneno
hausto, inter manus portantium transito monte cinisio, perue
niens ad locum qui brios dicitur, misit pro richilde quę e
rat apud moriennam ut ad eum ueniret, sicut et fecit. Et XI.
die post uenenum haustum, in uilissimo tugurio mortuus
498 est II. nonas octobris. Quem aperientes qui cum eo erant abla
tis interaneis, et infusum uino ac aromatibus quibus pote
rant et impositum locello ceper̄ ferre uersus monasteri
um sancti Dionisii ubi sepeliri se postulauerat. Quem pro fetore
non ualentes portare, miser̄ in tonna interius exteriusque pi
cata, quam coriis inoluer̄, quod nihil ad fetorem tollendum pro
fecit. Unde ad cellam quandam monachorum lugdunensis
episcopii quę nacto adiis dicitur uix peruenientes, illud corpus
cum ipsa tonna terrę mandauer̄. Karlomannus pene usque ad
mortem infirmatus et lectica delatus ad propria, per annum ita
iacuit, ut a multis fuerit desperatus. Hludouuicus, accep
to nuncio in audriaca uilla de morte patris sui, quos po
tuit reconciliauit sibi, dans eis abbatias et comitatus ac uillas
secundum uniuscuiusque postulationem. Et iter agens per carisiacum
et compendium usque ad uernum, quatenus ad sepulturam patris sui
apud monasterium sancti Dionisii superueniret. Vbi audiens
patrem suum sepultum, et regni primores tam abbates quam co
mites indignatos, quia quibusdam honores dederat sine con
sensu illorum, et ob id aduersum se conspiratos esse, reuersus
est compendium. Ipsi autem primores cum richilde diripientes
omnia quę in uia illorum erant, usque ad auennacum monaste
rium peruener̄, et conuentum suum ad montem uuitmari condixer̄.
Indeque missos suos ad hludouuicum direxer̄, sed et hludo
uuicus legatos suos ad eos direxit. Et discurrentibus inter
eos missis, ad hoc peruentum est richildis et ipsi primores
ad eum compendium uenirent, et suum conuentum ad casnum in co
tia condixer̄. Richildis compendium ad hludouuicum ueni

ens missa sancti andreę, attulit ei p̄ceptum, per quod pater suus illi reg
num ante mortem suam tradiderat, et spatam quę uocatur sancti Petri, spata
per quam eum de regno reuestiret, sed et regium uestimentum et coro sancti pe
nam ac fustem ex auro et gemmis. Et discurrentibus legatis inter tri
hludouuicum et regni primores, et pactis honoribus singu
lis quos petier̄, VI. idus decembris consensu omnium tam episcoporum et abbatum
quam regni primorum cęterorumque qui adfuer̄, consecratus et coronatus est
in regem hludouuicus ab hincmaro remorum episcopo, et episcopi se suasque ęc
clesias illi ad debitam defensionem et canonica priuilegia sibi ser
uanda commendauer̄, profidentes secundum suum scire et posse, et iux
ta suum ministerium consilio et auxilio illi fideles fore. Abbates
autem et regni primores ac uassalli regii se illi commendauer̄, et
sacramento secundum morem fidelitatem promiser̄.
Quando hludouuicus rex filius karoli fuit coronatus in
compendio, hoc petier̄ episcopi apud ipsum, sicut hic subse
quitur. A uobis perdonari nobis petimus, ut unicuique de nobis
et ęcclesiis nobis commissis, secundum primum capitulum quod nouissi
me in carisiaco domnus imperator pater uester a se et a uobis seruaturum,
consentientibus fidelibus ac uestris atque apostolicę sedis legatis, legente
Gozleno denuntiauit; canonicum priuilegium et debitam legem
atque iusticiam conseruetis, et defensionem exhibeatis sicut rex in suo
regno unicuique episcopo et ęcclesię commissę sibi iuste exhibere debet.
Ipse autem hludouuicus, talem promissionem fecit illis episcopis. Promit
to et perdono uobis, quia unicuique de uobis et ęcclesiis uobis commis
sis secundum primum capitulum quod nouissime in carisiaco domnus imperator
pater meus se seruaturum se, consentientibus fidelibus illius ac nostris atque
apostolicę sedis legatis, legente Gozleno denuntiauit, canonicum
priuilegium et debitam legem atque iusticiam conseruabo, et defen
sionem quantum potuero exhibebo adiuuante domino, sicut rex in su
o regno unicuique episcopo et ęcclesiae sibi commissę debitor est ex
hibere. Hoc est capitulum quod hic commoratur. De honore
quoque et cultu dei atque sanctarum aecclesiarum, quę auctore
deo sub ditione et tuitione regiminis nostri consistunt, domino
mediante decernimus, ut sicut tempore beatę recordatio
nis domni genitoris nostri excultę et honoratę atque rebus
ampliatę fuer̄, et quę a nostra liberalitate honoratę atque
ditatę sunt, de cętero sub integritate sui seruentur,
et sacerdotes atque serui dei uigorem aecclesiasticum et debita
priuilegia iuxta reuerendam auctoritatem obtineant, et
eisdem principalis potestas et illustrium uirorum strenui
tas seu rei puplicę administratores, ut suum ministeri
um competenter exequi ualeant, in omnibus rationabiter et ius
te concurrant, et filius noster hęc supradicta similiter deo ad
iuuante conseruet. commendatio Ansigysi episcopi et aliorum episcoporum
qui adfuer̄ aput compendium quando benedizer̄t filium
Me ac aecclesiam mihi commissam uobis commendo, ad
debitam legem et iusticiam conseruandam, et defen
sionem exhibendam, sicut rex episcopo et ęcclesię suę ius
to iudicio conseruare et exhibere debet. Professio ipsorum.
Ego ille sic profiteor de ista die et deinceps isti seniori
et regi meo hludouuico karoli et hyrmentrudis filio sec-
undum meum scire et posse et meum ministerium et auxilio
-karoli imperatoris,
hludouuicum

et consilio fidelis et adiutor ero, sicut episcopus recte seniori suo debitor est, in mea fide et meo sacerdotio. Ad suprascriptam vero episcoporum petitionem haec quae sequuntur rex Hludowicus professus est episcopis, et istam ipsam donationis scripturarum manu sua eis dedit in Compendio, anno incarnationis dominicae DCCCLXXVII, VI Kal. decembris. **PROFESSIO ISTIUS HLUDOWICI**

Ego Hludowicus misericordia domini **filii Karoli** dei nostri rex constitutus, promitto testante ecclesia dei omnibus ordinibus, episcoporum videlicet, sacerdotum, monachorum, canonicorum atque sanctimonialium, regulas a patribus conscriptas et apostolicis adtestationibus roboratas, ex hoc et in futurum tempus me illis ex integro servaturum. Polliceor etiam me servaturum leges et statuta populo, qui mihi ad regendum misericordia dei committitur, pro communi consilio fidelium nostrorum, secundum quod praedecessores mei imperatores et reges gestis inseruerunt et omnino inviolabiliter tenenda et observanda decreverunt. Ego igitur Hludowicus rectitudinis et iustitiae amore hanc spontaneam promissionem meam relegens, manu propria firmavi.

490 Anno DCCCLXXVIII. Hludowicus rex sancti Suessionis in monasterio sancti Medardi nativitatem domini celebravit, indeque ad Audriacam villam perrexit, et pascha domini in monasterio sancti Dionisii celebravit. Ac suadente Hugone abbate ac markione perrexit ultra Sequanam, tam pro auxilio Hugonis contra Normannos, quam et pro eo quod filii Gozfridi castellum et honores filii Odonis quondam comitis invaserant; ac ideo quia frater Bernardi markionis Ebroicensem civitatem usurpans, multas depraedationes circumcirca in illis regionibus exercebat, insuper et circum more Normannico depraedari praesumpsit. Et veniens Hludowicus usque Turonis infirmatus est usque ad desperationem vitae. Sed miserante domino aliquantulum convalescens, satagentibus quibusdam consiliariis suis et amicis Gozfridi, venit ad eum isdem Gozfridus, adducens secum filios suos ea conditione ut castellum et honores quos invaserant Hludowico regi redderent, et postea per concessionem illius haberent. Tunc Gozfridus partem de Brittonibus ad regis fidelitatem convertit, sed ipsi demum fecerunt ut Brittones.

Britones neg… 499 Iohannes papa irascens contra Lantbertum et Adalbertum comites, quia villas et civitates eius praedati sunt, eos horribiliter excommunicatos Roma exiit, et navigio Arelatum in die sancto pentecostes appulit, suosque nuntios ad Bosonem comitem misit, et per eius auxilium usque Lugdunum venit. Et inde missos suos ad regem Hludowicum Turonis misit, mandans ut ei obviam veniret, quo sibi commodum foret. Hludowicus autem mittens obviam ei quosdam episcopos, petiit ut usque Trecas veniret, ibique ab episcopis istius regni stipendia dari fecit. Et quia propter suam infirmitatem ante non potuit, Kal. sept. apud Trecas ad eum venit. Interea papa Iohannes generalem synodum cum episcopis Galliarum et Belgicarum provinciarum agens, qualiter Landbertum et Adalbertum, Formosum quoque et Gregorium nomenculatorem ac complices illorum Romae excommunicaverit, relegi fecit in synodo, et consensum episcoporum in eadem excommunicatione quaesivit. Unde qui adfuerunt episcopi petierunt ut sicut ipse excommunicationem quam fecerat per scriptum lectionem recitari fecit in synodo, ita et eis concederet ut per scripturam illi suam consensionem proferrent. Et concedente ita fieri papa Iohanne, in crastina episcopi hoc quod sequitur diploma papae in synodo porrexerunt:

Domne sanctissime ac reverentissime pater patrum Iohannes, catholicae atque apostolicae ecclesiae, sanctae videlicet Romanae primae sedis papa, nos famuli tui ac discipuli vestrae auctoritatis, Galliarum et Belgicarum episcopi, his quae super vulnera dolorum vestrorum maligni homines ac ministri diaboli addentes in sanctam matrem nostram ac magistram omnium ecclesiarum commiserunt compatimur, et dolori vestro condolentes condolemus, atque iudicium vestrae auctoritatis quod privilegio beati Petri et sedis apostolicae in eos et complices illorum iuxta sacros canones spiritu dei editos et totius mundi reverentia consecratos, ac secundum eiusdem sanctae Romanae sedis pontificum decessorum vestrorum decreta protulistis, uno voce et unanimitate nostra atque auctoritate sancti spiritus, cuius gratia in episcopali ordine sumus consecrati, gladio spiritus quod est verbum dei eos interimentes persequimur; scilicet quos sicut supra diximus excommunicastis excommunicatos tenemus, quos ab ecclesia abiecistis abicimus, quos anathematizastis anathematizatos esse iudicamus. Et quos regulariter satisfacientes vestra auctoritas et apostolica sedes receperit, recipiemus. Sed et ut in sacra historia de plaga Aegyptiaca digne a domino inlata legimus, quia non erat domus in qua non iaceret mortuus, et non erat qui alium consolaretur, quoniam in domo sua unusquisque quod lugeret habebat, nos in nostris quoque ecclesiis lugenda legimus. Et ideo vestram auctoritatem nobis subvenire cum omni nisu humilitate deposcimus, petentes ut promulgetis capitulum vestrae auctoritatis, qualiter nos erga ecclesiarum nostrarum pervasores agere debeamus, ut censura apostolicae sedis muniti robustiores ac promptiores deinceps domino opem ferente contra pervasores ecclesiasticarum rerum ac facultatum raptores ac vastatores sacrique ministerii episcopalis contemptores nos successoresque nostri persistere concordi sententia valeamus, ut iuxta egregii praedicatoris vocem et vestrae auctoritatis promulgationem traditi satanae spiritu salvi fiant in die domini nostri Iesu Christi.

Excommunicatio Iohannis apostolici et ceterorum episcoporum qui adfuerunt apud Trecas de pervasoribus rerum ecclesiasticarum

De pervasoribus quippe rerum ecclesiasticarum, quos sacri canones spiritu dei editi et totius mundi reverentia consecrati, et decreta pontificum sedis apostolicae sub anathemate usque ad regularem satisfactionem esse debere constituerunt, sed et de raptoribus quos apostolus Christo in se loquente regnum dei possidere non testatur, et cum huiusmodi omnium veraciter christiano nec cibum sumere praecepit, quamdiu in ipso crimine permanent, per virtutem Christi et iudicio sancti spiritus determinamus, ut si ante primas Kal. novembris easdem res quas quique usurpatores iniuste pervaserunt ecclesiis suis regulariter satisfacientes non restituerint, a communione corporis et sanguinis Christi usque ad restitutionem rerum

hludouuic?

et consilio fidelis et adiutor ero, sicut episcopus recte seniori suo de
bitor est in mea fide et meo sacerdotio. Ad suprascr
iptam uero episcoporum petitionem, hęc quę sequeintur rex hludouuicus
professus est episcopis, et istam ipsam donationis scripturarum manu
sua eis dedit in compendio anno incarnationis dominicę D
CCC LXX VII. II. kalendas decembris. PROFESSIO istius hludouuici
EGO hludouuicus misericordia domini filii karoli
dei nostri rex constitutus, promitto teste aecclesia dei omni
bus ordinibus, episcoporum uidelicet, sacerdotum, monachorum, canoni
corum, atque sanctimonialium regulas a patribus conscriptas, et apostoli
cis adtestationibus roboratas, ex hoc et in futurum tempus me
illis ex integro serui[a]turum. Polliceor etiam me seruaturum
leges et statuta populo, qui mihi ad regendum misericordia dei com
mittitur pro communi consilio fidelium nostrorum, secundum quod p̄decesso
res mei imperatores et reges gestis inseruer̄, et omnino in
uiolabiliter tenenda et obseruanda decreuer̄. Ego igitur
hludouuicus rectitudinis et iusticiae amore hanc spontaneam
promissionem meam relegens, manu propria firmaui.
498 ANNO DCCC LXX VIII. hludouuicus rex secus suessionis
in monasterio sancti medardi, natiuitatem domini celebrauit;
Indeque ad audriacam uillam perrexit, et pasca domini in
monasterio sancti Dionisii celebrauit, ac suadente hugone ab
bate ac markione perrexit ultra sequanam, tam pro auxilio hugo
nis contra nortmannos; quam et pro eo quod filii Gozfridi castel
lum et honores filii odonis quondam comitis inuaser̄, ac ideo
quia frater bernardi markionis ebrocensem ciuitatem usurpans,
multas dep̄dationes circumcirca in illis regionibus exerce
bat, insuper et eiricum more nortmannico dep̄dari p̄sumpsit.
Et ueniens hludouuicus usque turonis, infirmatus est, usque
ad desperationem uitę. Sed miserante domino aliquantulum con
ualescens, satagentibus quibusdam consiliariis suis et amicis Goz
fridi uenit ad eum isdem Gozfridus, adducens secum filios suos,
ea conditione ut castellum et honores quos inuaserant hludo
uuico regi redderent, et postea per concessionem illius haberent.
Tunc Gozfridus partem de brittonibus ad regis fidelitatem conuertit,
Britones sed ipsi demum fecer̄ ut brittones. Iohannes papa irascens
499 contra lanbertum et adalbertum comites, quia uillas et ciuitatem eius
p̄dati sunt, eos horribiliter excommunicatos roma exiit, et na
uigio arelatum in die sancto pentecostes appulit, suosque nuncios
ad bosonem comitem misit, et per eius auxilium usque lugdunum uenit.
Et inde missos suos ad regem hludouuicum turonis misit,
mandans ut ei obuiam ueniret, quo sibi commodum foret. Hlu
douuicus autem mittens obuiam ei quosdam episcopos, petiit ut usque
trecas ueniret, ibique ab episcopis istius regni stipendia dari
fecit, et quia propter suam infirmitatem ante non potuit; kalendas septembris
apud trecas ad eum uenit. Interea papa iohannes generalem sy
nodum cum episcopis galliarum et belgicarum prouinciarum agens;
qualiter landbertum et adalbertum formosum quoque et gregorium
nomine culatorem, ac complices illorum romę excommunicaue
rit, relegi fecit in synodo, et consensum episcoporum in eadem excom
municatione quęsiuit. Vnde qui adfuer̄ episcopi, petier̄
ut sicut ipse excommunicationem quam fecerat, per scripturae

lectionem recitari fecit in synodo, ita et eis concederet
ut per scripturam illi suam conscensionem proferrent. Et conce
dente ita fieri papa iohanne, in crastina episcopi hoc quod sequitur dy
ploma papę in synodo porrexer̄. Domne sanctissime ac
reuerentissime pater patrum iohannes, catholicę atque apostolicę ae
cclesiae sanctę uidelicet romanę primę sedis papa, nos famuli
tui ac discipuli uestrę auctoritatis galliarum et belgicarum
episcopi, his quę super uulnera dolorum uestrorum maligni homines
ac ministri diaboli addentes in sanctam matrem nostram ac ludouuicus
magistram omnium ęcclesiarum commiser̄ compatimur, et dolori
uestro conflentes condolemus, atque iudicium uestrę auctoritatis quod pri
uilegio beati Petri et sedis apostolicę in eos et complices illorum
iuxta sacros canones spiritu dei conditos, et totius mundi re
uerentia consecratos, ac secundum eiusdem sanctę romanę sedis pon
tificum decessorum uestrorum decreta protulistis uoto, uoce, et una
nimitate nostra atque auctoritate sancti spiritus, cuius gratia in episco
pali ordine sumus consecrati, gladio spiritus quod est uerbum dei
eos interimentes prosequimur, scilicet quos sicut supra dixi
mus excommunicastis excommunicatos tenemus, quos ab ęcclesia
abiecistis abicimus, quos anathematizastis anathematiza
tos esse iudicamus. Et quos regulariter satisfacientes
uestra auctoritas et apostolica sedes receperit, recipiemus. Sed
et ut in sacra hytoria de plaga ęgyptiaca digne a deo
inlata legimus, quia non erat domus in qua non iaceret mortu
tuus, et non erat qui alium consolaretur, quoniam in domo sua
unusquisque quod lugeret habebat, nos in nostris quoque ęc
clesiis lugenda lugemus, et ideo uestra auctoritate nobis
subueniri cum omni mentis humilitate deposcimus, peten
tes ut promulgetis capitulum uestrę auctoritatis, qualiter
nos erga ęcclesiarum nostrarum peruasores agere debeamus,
ut censura apostolicę sedis muniti, robustiores ac prompti
ores deinceps domino opem ferente contra peruersos ecclesiastica
rum rerum ac facultatum raptores ac uastores, sacrique mi
nisterii episcopalis contemptores, nos successoresque nostri per
sistere concordi sententia ualeamus. Vt iuxta ęgregii
p̄dicatoris uocem, et uestrę auctoritatis promulgationem,
traditis satanę spiritu salui fiant, in die domini nostri ihesu
christi. Excommunicatio iohannis apostoloci ey ceterorum
episcoporum qui adfuer̄ apud trecas, de peruersoribus rerum
DE peruersoribus quippe rerum ecclesiasticarum, aecclesi-
quos sacri canones spiritu dei conditi, et totius mun asticarum
di reuerentia consecrati, et decreta pontificum
sedis apostolicę sub anathemate usque regularem ad sa
tisfactionem esse debere constituer̄, sed et de raptori
bus quos apostolus christo in se loquente regnum dei possidere, non
testatur, et cum huiusmodi omnium ueraciter christiano nec cibum
sumere p̄cipit, quandiu in ipso crimine permanent,
per uirtutem christi et iudicio sancti spiritus decernimus, ut si an
te proximas kalendas nouembris easdem res quas quique usur
patores iniuste peruaser̄, aecclesiis suis regulariter
satisfacientes non restituerint; a communione corpo
ris et sanguinis christi usque ad restitutionem rerum

aecclasiasticarum et satisfactionem alieni habeantur. et sacri episcopalis ministerii excommunicationis ecclesiasticae expertes. secundum euangelicam et apostolicam auctoritatem ab episcopis quorum inter est communione. Si regulariter satisfacientes non resipuerint. anathematis uinculo innodati. usque ad satisfactionem permaneant. Et si in ipsa pertinacia permanentes obierint. nemo corpora illorum ad sacrum altare inter fideles mortuos habeat. dicente apostolo et euangelista Iohanne. Est peccatum ad mortem. pro illo dico non ut quis oret. Peccatum enim ad mortem est. perseuerantia in peccato usque ad mortem. Et sacri antiquorum patrum canones de his qui sibi mortem uoluntarie inferunt. et qui pro suis sceleribus puniuntur. sancto inspirante spiritu decreuerunt. ut cum hymnis et psalmis eorum corpora non ferantur ad sepulturam. Quorum decreta sequentes. ea quae praemisimus de peruasoribus et raptoribus rerum et facultatum aecclesiasticarum. si non resipuerint. iudicio sancti spiritus determinamus. sicut beatus decreuit Gregorius dicens. quia tales christiani non sunt. quosque ego et omnis catholica episcoporum immo uniuersalis aecclesia anathematizat. B. Quod diploma Iohannes papa suae excommunicationi asscribi fecit. et manu sua confirmans. ab omnibus episcopis in synodo subscribi fecit. Deinde ipso iubente. lecti sunt in synodo canones sardicensis concilii. et decretum papae Leonis de episcopis sedes suas mutantibus. sed et affricani canones. ut non fiant episcoporum translationes. sicut nec rebaptizationes. uel reordinationes. pro Frotario burdegalensi episcopo. qui de burdegale pictauis. inde ad biturigensem ciuitatem exilisse dicebatur. Et

500 coronatus Hludouuicus a papa Iohanne. [...] id. septembris. inuitauit eundem papam ad domum suam. et opipare pascens. honorauit eum multis donis ipse et uxor sua. et remisit eum ad trecas ciuitatem. Postea uero per missos suos petiit eundem papam. ut uxorem illius in reginam coronaret. sed optinere non potuit. Frotarius autem et Adalgarius episcopi attulerunt inter uentu episcoporum papae Iohanni praeceptum. per quod pater suus Hludouuico regnum tradiderat. petentes ex ipsius parte. ut priuilegio suo ipsum praeceptum confirmaret. Tunc papa Iohannes protulit exemplar. quasi facti praecepti a Karolo imperatore. de abbatia sancti Dionisii romanae aecclesiae. quod conpilatum consilio praefatorum episcoporum et aliorum consiliatorum Hludouuici regis a plurimis credebatur. ut a Gozleno ipsam abbatiam uelut ex ratione tollere. et sibi habere posset. Et dicente papa Iohanne. ut si uellet Hludouuicus rex. ut super illius praeceptum priuilegium faceret. suo praecepto illud patris sui praeceptum firmaret. Quod argumentum. sicut factio et non ratio inperfectum remansit. Denique [...] id. praefati mensis. Hludouuicus rex quorundam primorum conpulsus petitionibus. uenit ad apostolicam mansionem. et cum eo familiariter locutus. unam cum illo reuersus est ad conuentum episcoporum in exedram iuxta mansionem apostolici. Et est excommunicationem Hlotharii filii Hugonis et Ymmonis ac conplicum eorum. ui fatientibus. quibusdam episcopis. et consentiente rege. dixit papa Iohannes ut Hedenulfus sua auctoritate ordinatus episcopus. sedem suam teneret. et

episcopale ministerium ageret. Et Hincmarus caecus si uellet missam cantaret. et partem de rebus episcopii laudunensis haberet. Et cum Hedenulfus apud eundem papam peteret. ut eum ab illa sede absolueret. dicens se esse infirmum. et uelle intrare in monasterium. optinere non potuit. sed praeceptum est illi ab eo praesentiente rege atque episcopis Hincmari fautoribus. ut sedem suam teneret. et episcopale ministerium ageret. Qui fautores Hincmari audientes quod papa Iohannes dixerat. ut si uellet Hincmarus caecus missam cantaret. et rex consentiret ut partem de episcopio laudunensi haberet. insperate aliarum prouinciarum episcopi. sed et aliarum regionum metropolitani. sine percontatione papae Hincmarum uestimentis sacerdotalibus indutum. in praesentiam ipsius papae adduxerunt. Indeque sublatum cantantes in aecclesiam illum duxerunt. et signum benedictionis super plebem dari fecerunt. sicque sinodus illa soluta est. In crastina Hludouuicus rex inuitatus a Bosone. ad domum illius perrexit. cum quibusdam primoribus consiliariis suis. et pastus ac honoratus ab illo. sed et ab uxore illius. desponsauit filiam Bosonis Karlomanno filio suo. et cum consilio ipsorum consiliariorum suorum dispertiti est honores Bernardi gothiae markionis. per Theodericum camerarium et Bernardum comitem aruernicum. et per alios sicut et dispositos. Papa Iohannes trecas mouens. cauillonem petiit. Indeque per morienna iter agens per clusas montis cinisii italiam a Bosone et uxore illius deductus introiuit. Hludouuicus rex trecas conpendium reuersus. audita renunciatione legatorum suorum quos ad sobrinum suum Hludouuicum pro pace inter se optinenda direxerat. cum quibusdam consiliariis uenit usque heristallium. et kalendis nouembris simul conuenientes apud marsnam. utrique pax firmata est inter eos. et condixerunt placitum purificatione sanctae Mariae ut simul iterum conuenirent. Hludouuicus

501 Karoli filius ad Guthdulfi uillam. et Hludouuicus Hludouuici filius circa eundem locum in commoditate sua. In ipso quidem placito haec quae sequuntur inter eos consensu fidelium illorum seruanda conuenerunt. Conuentio quae inter gloriosos reges Hludouuicum filium Karoli imperatoris. atque Hludouuicum filium Hludouuici regis in loco qui uocatur furonis kalendis nouembris ipsis et communibus fidelibus ipsorum fauentibus. et consentientibus. facta est. anno incarnationis dominicae [...] indictione [...] dicente rege filio Karoli. Sicut inter patrem meum Karolum et patrem uestrum 879

Hludouuicum regnum Lotharii diuisum fuit. uolumus ut ita consistat. Et si aliquis nostrorum fidelium de regno patris sui ex hoc aliquid usurpatum habet. iussu nostro illud dimittat. De regno uero quod Hludouuicus imperator italiae habuit. quia necdum ex illa aliqua diuisio facta est. quicumque modo illud tenet ita teneat. donec domino uolente iterum simul uenientes cum communibus fidelibus nostris inueniamus et diffiniamus. quid ex hoc melius et iustius nobis uisum fuerit. De regno autem italiae quia modo nulla ratio esse potest omnes sciant quia partem nostram de illo regno

aecclesiasticarum et satisfactionem alieni habeantur, et sa
cri episcopalis ministerii excommunicationis ęcclesiasticę contemp
tores, secundum euangelicam et apostolicam auctoritatem ab episcopis quorum
interest communione, si regulariter satisfacientes non resipu
erint, anathematis uinculo innodati, usque ad satisfactio
nem permaneant. Et si in ipsa pertinatia permanentes obie
rint, nemo corpora illorum ad sacrum altare inter fideles
mortuos habeatur, dicente apostolo et euangelista iohanne.
Est peccatum ad mortem, pro illo dico non ut quis oret. Pecca
tum enim ad mortem est, perseuerantia in peccato usque ad mortem.
Et sacri antiquorum patrum canones de his qui sibi mortem
uoluntarie inferunt, et qui pro suis sceleribus puniuntur, sancto
inspirante spiritu decreuer̄, ut cum hymnis et psalmis eorum
corpora non deferantur ad sepulturam. Quorum decreta sequen
tes ea quę p̄misimus de preuasoribus et raptoribus rerum et
facultatum aęcclesiasticarum, si non resipuerint, iudicio sancti
spiritus decernimus, sicut beatus decreuit Gregorius dicens, qui
a tales christiani non sunt, quosque ego et omnes catholici episcopi,
immo uniuersalis aecclesia, anathematizat. Quod dy
ploma iohannes papa suę excommunicationi asscribi fecit, et
manu sua confirmans, ab omnibus episcopis in synodo subscribi
fecit. Deinde ipso iubente, lecti sunt in synodo canones
sardicensis concilii, et decretum papę leonis de episcopis sedes
suas mutantibus, sed et africani canones, ut non fiant episcoporum
translationes sicut nec rebaptizationes, uel reordinatio
nes, pro frotario burdegalensi episcopo, qui de burdegale pin
tauis, indeque ad biturigensem ciuitatem exiliise dicebatur. Et
500 coronatus hludouuicus a papa iohanne VII idus septembris, inuita
uit eundem papam ad domum suam, et opipare pascens, hono
rauit eum multis donis ipse et uxor sua, et remisit eum ad
trenas ciuitatem. Postea uero per missos suos petiit eundem pa
pam, ut uxorem illius in reginam coronaret, sed optinere non
potuit. Frotarius autem et adalgarius episcopi attuler̄ in con
uentu episcoporum papę iohanni p̄ceptum, per quod pater suus hludo
uuico regnum tradiderat, petentes ex ipsius parte, ut pri
uilegio suo ipsum p̄ceptum confirmaret. Tunc papa iohannes protulit
exemplar, quasi facti p̄cepti a karolo imperatore, de ab
batia sancti dionisii romanę aecclesiae, quod compilatum consilio p̄
fatorum episcoporum et aliorum consiliatorum hludouuici regis a plu
rimis credebatur, ut a Gozleno ipsam abbatiam uelut ex
ratione tollere, et sibi habere posset. Et dicente pa
pa iohanne, ut si uellet hludouuicus rex, ut super illius p̄cep
tum priuilegium faceret, suo p̄cepto illud patris sui p̄cep
tum firmaret. Quod argumentum, sicut factio et non ratio imperfectum
remansit. Denique IIII. idus p̄fati mensis, hludouuicus rex
quorundam primorum compulsus petitionibus, uenit ad apostolici ma-
nsionem, et cum eo familiariter locutus, una cum illo reuersus
est ad conuentum episcoporum in exedram iuxta mansionem apostolici.
Et post excommunicationem hugonis hlotharii filii, et ym
monis ac complicum eorum, uim fatientibus quibusdam episcopis, et con
sentiente rege, dixit papa iohannes, ut hedenulfus
sua auctoritate ordinatus episcopus, sedem suam teneret, et
episcopale ministerium ageret. Et hincmarus cęcus si
uellet missam cantaret, et partem de rebus episcopii lau
dunensis haberet. Et cum hedenulfus apud eundem pa
pam peteret, ut eum ab illa sede absolueret, dicens se esse
infirmum, et uelle intrare in monasterium, optinere non
potuit, sed p̄ceptum est illi ab eo consentiente rege atque
episcopis hincmari fautoribus, ut sedem suam teneret, et episco
pale ministerium ageret. Qui fautores hincmari audi
entes quod papa iohannes dixerit, ut si uellet hincma
rus cęcus missam cantaret, et rex consentiret, ut partem de
episcopio laudunensi haberet, insperate aliarum prouinci
arum episcopi, sed et aliarum regionum metropolitani, sine p̄cep
tione papę hincmarum uestimentis sacerdotalibus indutum,
in p̄sentiam ipsius papę adduxer̄. Indeque sublatum can
tantes in ęcclesiam illum duxer̄, et signum benedictionis
super populum dari fecer̄, sicque sinodus illa soluta est. In
crastina hludouuicus rex inuitatus a bosone, ad domum il
lius perrexit, cum quibusdam primoribus consiliariis suis, et
pastus ac honoratus ab illo, sed et ab uxore ipsius, despon
sauit filiam bosonis karlomanno filio suo, et cum consilio ipsorum
consiliariorum suorum, disperditus est honores bernardi gothię
markionis, per theodericum camerarium et bernardum comitem
aruennicum, et per alios secrete dispositos. Papa iohannes tre
cas mouens, cauillonem petiit. Indeque per moriennam iter
agens, per clusas montis cinisii italiam a bosone et uxore il
lius deductus introiuit. hludouuicus rex trecas compendi
um reuersus, audita renunciatione legatorum suorum quos
ad sobrinum suum hludouuicum pro pace inter se optinenda
direxerat, cum quibusdam consiliariis uenit usque heristallium,
et kalendas nouenbris simul conuenientes apud marsnam, utrimque
pax firmata est inter eos, et condixer̄ placitum purificatio
ne sanctę marię, ut simul iterum conuenirent. Hludouuicus
501 karoli filius ad gundulfi uillam, et hludouuicus hludo
uuici filius circa eundem locum in commoditate sua, in
ipso quidem placito hęc quę sequuntur, inter eos consensu
fidelium illorum seruanda conuener̄. Conuentio quę inter
gloriosos reges hludouuicum filium karoli imperatoris, item
que hludouuicum filium hludouuici regis in loco qui uo
catur furonis kalendas nouembris ipsis et communibus fidelibus ipsorum
fauentibus et consentientibus facta est; anno incarnati
onis dominicę DCCC LXXVIII. indictione XI, dicente rege fili 879
o karoli. Sicut inter patrem meum karolum et patrem uestrum
hludouuicum regnum lotharii diuisum fuit, uolumus
ut ita consistat. Et si aliquis nostrorum fidelium de regno patris
sui ex hoc aliquid usurpatum habet, iussu nostro illud di
mittat. De regno uero quod hludouuicus imperator italię habu
it, quia necdum ex illa aliqua diuisio facta est; quicumque
modo illud tenet ita teneat, donec domino uolente iterum
simul uenientes, cum communibus fidelibus nostris inueniamus
et diffiniamus, quid ex hoc melius et iustius nobis uisum
fuerit. De regno autem italię quia modo nulla ratio
esse potest omnes sciant quia partem nostram de illo regno

et requisivimus et requirimus. et domino auxiliante requi-
remus. Ista sequenti die statuta sunt. CAP. I. Ut quia fir-
mitas amicitiae et coniunctionis nostrae modo quibusdam praedienti-
bus causis esse non potuit. usque ad illud placitum quo simul con-
veniamus statutum habemus. Talis enim amicitia inter nos mane-
bit domino auxiliante de corde puro et conscientia bona et
fide non ficta. ut nemo suo pari vitam regnum aut fideles suos
vel aliquid quod ad salutem sive prosperitatem ac honorem regni per-
tinet. non velit aut forte consiliet. CAP. II. Ut si in cuiuscumque
nostrum regno pagani sive pseudo christiani insurrexerint. un-
usquisque veraciter suum parem ubicumque necesse fuerit. et ipsi ra-
tionabiliter potuerit. aut per semet ipsum aut per suos fideles
et consilio et auxilio prout melius potuerit adiuvet. CAP. III.
Ut si ego vobis superstes fuero. filium vestrum hludowicum ad-
huc parvulum et alios filios vestros quos vobis dominus donaverit.
ut regnum paternum hereditario iure quiete tenere possint.
et consilio et auxilio prout melius potuero adiuvabo. Si autem
mihi vos superstes fueritis filios meos hludowicum et kar-
lomannum et alios quos divina pietas mihi donare volu-
erit. ut regnum paternum quiete tenere possint. similiter et
consilio et auxilio prout melius potueritis ut adiuvetis
rogo. CAP. IIII. Ut si aliqui susurrones et detractores.
et qui paci nostrae invident. et quietum regnum esse non patiun-
tur. inter nos lites et contentiones atque discordias semina-
re voluerint. nullus nostrum hoc recipiat aut libenter accep-
tet. nisi forte hoc ad rationem coram nobis utrisque et com-
munibus fidelibus nostris perducere voluerit. Si vero hoc
noluerit. cum nullo nostrum aliquam societatem habeat.
sed omnes illum sicut mendacem et falsatorem. inter fratres volen-
tem seminare discordias. communiter a nobis abiciamus.
ne de cetero quisque talia mendacia auribus nostris infer-
re valeat. CAP. V. Ut communiter prout citius potue-
rimus missos nostros ad karromannum et karolum gloriosos re-
ges dirigamus. qui ad placitum quod VIII. id. febr. statu-
tum habemus invitentur. ut nullatenus venire differant ob-
secrentur. et si secundum quod optamus venire valuerint.
communiter nos ad dei voluntatem et sanctae aecclesiae salvationem.
ac communem honorem nostrum ac profectum. atque salvamentum to-
tius populi christiani nobis commissi domino cooperante ita coniungamur.
ut de cetero in eo quod unum est unum simus et unum velimus. id
ipsum dicamus secundum apostolum. et faciamus omnes ut non sint in no-
bis ulla scismata. CAP. VI. Si autem illi obsecratione nostra
vocati et invitati aut missi eorum ad praefatum placitum veni-
re distulerint. nos secundum quod statutum habemus illuc om-
nino venire. et nos secundum dei voluntatem coniungere omnimo-
dis non dimittamus. nisi forte talis inevitabilis necessitas
evenerit. pro quo id fieri nullatenus possit. Et si hoc ac-
ciderit. ad tempus quisque pari suo hoc referre faciat. et
propterea amicitia nostra nec minuatur nec inmutatur. do-
nec domino volente congruo tempore perfecte confirmetur. CAP. VII.
Ut res aecclesiarum in cuiuscumque regno caput fuerit. tam

de episcopatibus quam de abbatiis. sine ulla contradictio-
ne rectores ipsarum aecclesiarum illas possideant. Et si aliquid
ibi mali factum a quoquam est in cuiuscumque regno ille res con-
sistunt. regaliter exinde iustitiam reddere faciat. CAP. VIII.
Et quia per vagos et in tyrannica consuetudine inreveren-
tes homines pax et quies regni perturbari solet. volumus ut ad
quemcumque nostrum talis venerit. ut de his quae egit rationem
et iustitiam subterfugere possit. nemo ex nobis illum ad aliud
recipiat vel retineat. nisi ut rectam rationem et debitam emen- 502
dationem perducatur. Et si rationem rectam subterfugerit. omnes in
commune in cuius regnum venerit illum persequamur. donec aut
ad rationem perducatur. aut de regno expellatur vel deleatur.
CAP. VIIII. Volumus ut hi qui merito proprietatem illorum
in regno nostro perdiderunt. ita iudicentur sicuti temporibus
antecessorum nostrorum inventum fuit. Qui vero dicunt se iniuste
proprietatem suam perdidisse. veniant in nostram praesentiam. et si-
cut iustum est ita de illis iudicetur. et sua recipiant. Hoc
dicto. hludowicus hludowici filius ad sua rediit. et hludo-
wicus karoli filius per arduennam veniens. DCCCLXXVIIII. 879
anno incarnationis dominicae in longlaro nativitatem
domini celebravit. et aliquandiu in arduenna demorans.
indeque iter agens. circa purificationem sanctae MARIAE ad
pontigonem venit. volens ire in partes augustiduni
ad comprimendam rebellionem bernardi markionis. usque
ad trecas perrexit. Sed quia ingravescente infirmi-
tate sua. dicebatur enim veneno infectus. longius ire
non potuit. filium et equivocum suum hludowicum baiulati-
oni bernardi comitis arduennici specialiter committens.
hugonem abbatem et bosonem et praefatum bernardum cum filio
suo. sed et theodericum cum sociis suis augustidunum misit.
quatenus ipsum comitatum ad opus theoderici cui antea
illud dederat evindicarent. Ipse autem cum magna
difficultate per odrum monasterium compendium venit. Et
sentiens se mortem evadere non posse. per odonem belgi-
vacensem episcopum et albuinum comitem coronam et spatam
ac reliquum regium apparatum filio suo hludowico mi-
sit. mandans illis qui cum eo erant. ut eum in regem
sacrari ac coronari facerent. Ipse autem. IIII. idus
april. in die parasceue iam vesperi obiit. et in cra-
stina scilicet in vigilia sancti paschae. in aecclesia sanctae MA-
RIAE sepultus fuit. Audientes autem odo et albu-
inus illum esse defunctum. quae portaverant the-
oderico camerario dederunt. et cum festinatione
reversi sunt. Illi autem qui cum filio regis erant. au-
dita morte patris ipsius infantis. mandaverunt
primoribus qui in illis partibus erant. ut apud mel-
dis convenirent obviam eis. et ibi tractarent quid
de cetero agere deberent. Inter bosonem autem et theo-
dericum mediante hugone abbate. conventum est ut
boso comitatum augustidunum haberet. et theodericus
abbatias quas boso in istis partibus habuerat in co-

et requisiuimus et requirimus, et domino auxiliante requiremus. Ista sequenti die statuta sunt. CAP. I. Vt quia firmitas amicitię et coniunctionis nostrę modo quibusdam p̄dientibus causis esse non potuit, usque ad illud placitum quo simul conueniamus statutum habemus. Talis enim amicitia inter nos manebit domino auxiliante de corde puro et conscientia bona et fide non ficta, ut nemo suo pari uitam regnum aut fideles suos uel aliquid quod ad salutem siue prosperitatem ac honorem regni pertinet, non uelit aut forteconsiliet. CAP. II. Vt si in cuiuscumque nostrum regno pagani siue pseudochristiani insurrexerint, unus quisque ueraciter suum parem ubicumque necesse fuerit, et ipsi rationabiliter potuerit, aut per semeetipsum aut per suos fideles et consilio et auxilio prout melius potuerit adiuuet. CAP. III. Vt si ego uobis superstes fuero, filium uestrum hludouuicum ad huc paruulum et alios filios uestros quos uobis dominus donauerit, ut regnum paternum hereditario iure quiete tenere possint, et consilio et auxilio prout melius potuero adiuuabo. Si autem mihi uos superstes fueritis filios meos hludouuicum et karlomannum et alios quos diuina pietas mihi donare uoluerit, ut regnum paternum quiete tenere possint, similiter et consilio et auxilio prout melius potuerieritis ut adiuuetis rogo. CAP. IIII. Vt si aliqui susurrones et detractores, et qui paci nostrę inuident, et quietum regnum esse non patiuntur, inter nos lites et contentiones atque discordias seminare uoluerint, nullus nostrum hoc recipiat aut libenter accepet, snisi forte hoc ad rationem coram nobis utrisque et communibus fidelibus nostris perducere uoluerit. Si uero hoc noluerit, cum nullo nostrum aliquam societatem habeat, sed omnes illum sicut mendacem et falsatorem, inter fratres uolentem seminare discordias, communiter a nobis abiciamus, ne de cetero quisque talia mendatia auribus nostris inferre ualeat. CAP. V. Vt communiter prout citius potuerimus missos nostros ad karromannum et karolum gloriosos reges dirigamus, qui ad placitum quod VIII. idus februarii statutum habemus inuitentur, ut nullatenus uenire differant, obsecrentur; et si secundum quod optamus uenire ualuerint, communiter nos ad dei uoluntatem et sanctę aecclesię saluationem, ac communem honorem nostrum ac profectum, atque saluamentum totius populi christiani nobis commissi domino cooperante ita coniungamur, ut de cetero in eo quodi unum est unum simus et unum uelimus, id ipsum dicamus secundum apostolum, et faciamus omnes ut non sint in nobis ulla scismata. CAPITULUM VI. Si autem illi obsecratione nostra uocati et inuitati aut missi eorum ad p̄fatum placitum uenire distulerint, nos secundum quod statutum habemus illuc omnino uenire, et nos secundum dei uoluntatem coniungere omnimodis non bbmittamus, nisi forte talis ineuitabilis necessitas euenerit, pro quo id fieri nullatenus possit. Et si hoc acciderit, ad tempus quisque pari suo hoc rescire faciat; et propterea amicitia nostra nec minuatur nec immutatur, donec domino uolente congruo tempore perfecte confirmetur. CAPITULUM VII. Vt res ęcclesiarum in cuiuscumque regno caput fuerit, tam

de episcopatibus quam de abbatiis, sine ulla contradictio-
ne rectores ipsarum ecclesiarum illas possideant. Et si aliquid
ibi mali factum a quoquam est in cuiuscumque regno, ille res con
sistunt, regaliter exinde iustitiam reddere faciat. CAPITULUM VIII.
Et quia per uagos et in tyrannica consuetudine inreuere-
ntes homines pax et quies regni perturbas solet, uolumus ut ad
quemcumque nostrum talis uenerit, ut de his quę egit rationem
et iustitiam subterfugere possit, nemo ex nobis illum ad aliud
recipiat uel retineat, nisi ut ad rectam rationem et debitam emen- 502
dationem perducatur. Et si rationem rectam subterfugerit, omnes in
commune in cuius regnum uenerit, illum persequamur, donec aut
ad rationem perducatur, aut de regno expellatur uel deleatur.
CAPITULUM VIIII. Volumus ut hi qui merito proprietatem illorum
in regno nostro perdiderint, ita iudicentur sicuti temporibus
antecessorum nostrorum inuentum fuit. Qui uero dicunt se iniuste
proprietatem suam perdidisse, ueniant in nostram p̄sentiam, et si-
cut iustum est ita de illis iudicetur, et sua recipiant. Hoc
dicto, hludouicus hludouici filius ad sua rediit, et hludo-
uicus karoli filius per arduennam ueniens, DCCC LXX VIIII. 879
anno incarnationis dominicę in longlaro natiuitatem
domini celebrauit, et aliquandiu in arduenna demorans,
indeque iter agens, circa purificationem sanctę MARIAE ad
pontigonem uenit, uolens ire in partes augustiduni
ad comprimendam rebellionem bernardi markionis, usque
ad trecas perrexit. Sed quia ingrauescente infirmi-
tate sua, dicebatur enim ueneno infectus, longius ire
non potuit, filium et equiuocum suum hludouuicum baiulati-
oni bernardi comitis arduennici specialiter committens,
hugonem abbatem et bosonem et p̄fatum bernardum cum filio
suo, sed et theodericum cum sociis suis augustidunum misit,
quatenus ipsum comitatum ad opus theoderici cui antea
illud dederat euindicarent. Ipse autem cum magna
difficultate per iodrum monasterium compendium uenit. Et
sentiens se mortem euadere non posse, per odonem belgi-
uacensem episcopum et albuinum comitem coronam et spatam
ac reliquum regium apparatum filio suo hludouuico mi-
sit, mandans illis qui cum eo erant, ut eum in regem
sacrari ac coronari facerent. Ipse autem IIII. idus
aprilis, in die parasceue iam uesperi obiit, et in cra-
stina scilicet in uigilia sancti paschę, in ecclesia sanctę MA-
RIAE sepultus fuit. Audientes autem odo et albui-
nus illum esse defunctum, quę portauerant the-
oderico camerario dederunt, et cum festinatione
reuersi sunt. Illi autem qui cum filio regis erant, au-
dita morte patris ipsius infantis, mandauerunt
primoribus qui in illis partibus erant, ut apud mel-
dis conuenirent obuiam eis, et ibi tractarent quid
de cetero agere deberent. Inter bosonem autem et theo-
dericum mediante hugone abate, conuentum est ut
boso comitatum augustidunum haberet, et theodericus
abbatias quas boso in istis partibus habuerat in com-

mutatione acciperet. Gozlenus denique abbas memor insidiarum ac iniuriarum suarum quas a suis emulis tempore precedenti sustinuerat, fisus de familiaritate quam cum Hludouuico Germanie rege et cum uxore illius atque cum primoribus illius terre, quando captus in bello apud Andrunacum et trans Rhenum ductus fuerat, obtinuit, cepit cogitare qualiter talionem suis contrariis redderet. Et Chuonradum Parisiaci comitem spe falsa de precellenti potestate deludens, et quedam ingenia qualiter id exequi posset enarrans, sibi coniunxit. Et antequam illi qui cum regis filio erant ad condictum palatium apud Meldis uenirent, accelerauerunt quoscumque potuerunt episcopos et abbates atque potentes

503 homines ad conuentum uocare ubi Thara Isaram influit, eo sub obtentu ut quia defunctus erat unanimiter tractarent de regni pace atque utilitate. His autem qui conuenerunt persuaserunt ut Hludouuicum Germanie regem in hoc regno conuocarent, et eius largitione honores quos actenus obtinere non potuerunt sine ulla dubitatione haberent. Et miserunt nuntios suos ad predictum Hludouuicum et uxorem eius, mandantes ut usque Mettis uenire accelerarent, et illuc omnes episcopos et abbates ac primores istius regni ad illum perducere possent. Sicque per Siluacum et secus Axonam multas depredationes ac rapinas facientes usque ad Uiridunum uenerunt. Ueniente autem Hludouuico Mettis, iterum ad illum nuntios miserunt, postulantes ut usque ad Uiridunum ueniret, quatenus commodius populum istius regni ad illum perducere possent. Ueniens autem Hludouuicus usque ad Uiridunum, tanta mala exercitus eius in omnibus nequitiis egit, ut paganorum mala facta illorum uincere uiderentur. Audientes autem Hugo et Boso ac Theodericus et illorum socii que Gozlenus et Chuonradus cum illorum complicibus machinabantur, miserunt Uualterum episcopum Aurelianensem et Goiramnum ac Ansgerum comites ad Hludouuicum apud Uiridunum, ut ei offerrent partem de regno Hlotharii iunioris quam Karolus contra fratrem suum Hludouuicum ipsius Hludouuici patrem acceperat, ut accepta illa portione regni in regnum suum rediret, et quod reliquum de regno patris sui Karoli Hludouuicus habuit suis filiis consentiret. Hludouuicus uero et sui acceptam habentes talem oblationem, cum dedecore Gozlenum et Chuonradum ac complices illorum reiecerunt. Et accepta regni parte sibi oblata Hludouuicus ad palatium suum Franconofurth rediit. Audiens autem uxor illius, satis moleste tulit dicens quasi illa cum eo uenisset totum regnum istud haberet. Angustiantes autem Gozlenus et Chuonradus ad ipsam reginam fecerunt confugium, querimoniam agentes qualiter essent decepti. Et acceptis missis qui eos de parte Hludouuici confortarent, sed et alios quasi obsides, reuersi sunt rapinas et depredationes facientes quocumque peruenire potuerunt, renuntiantes sociis suis Hludouuicum quantocius cum exercitu magno uenturum, quoniam ad presens uenire non poterat, quia nuntiatum est ei non incerta relatione fratrem suum Karlomannum paralisi percussum et iam morti uicinum, suumque filium de concubina nomine Arnulfum partem regni illius occupasse, et ideo in illa parte festinanter pergeret, sicut et fecit. Sopita uero sicut potuit in illis partibus commotione, reuersus est ad uxorem suam. Audientes autem Hugo abbas et ceteri primores qui cum filiis quondam senioris sui Hludouuici, Hludouuico scilicet et Karlomanno agebant, Hludouuicum cum uxore sua in istas partes uenturum, quosdam episcopos Ansegisum et alios miserunt ad Ferrarias monasterium, et ibi eos consecrari ac coronari in reges fecerunt. Interea Boso persuadente uxore sua, que nolle uiuere se dicebat si filia imperatoris Italie et desponsata imperatori Grecie maritum suum regem non faceret, partim comminatione constrictis, partim cupiditate illectis, pro abbatiis et uillis eis promissis et postea datis, episcopis illarum partium persuasit ut eum in regem ungerent et coronarent. Hugo etiam filius iunioris Hlotharii ex Uualdrada, col-

509 lecta predonum multitudine, regnum patris sui est molitus inuadere. Karolus Hludouuici quondam regis Germanie filius in Longobardiam perrexit, et ipsum regnum obtinuit. Cum quo apud urbem antequam montem Iouis transiret, Hludouuicus et Karlomannus locuti perrexerunt. Et illo eunte in Longobardiam, ipsisque reuersis ab eodem itinere, nuntiatum est eis quod Northmanni qui erant in Ligeri terreno itinere terras illas depredabant. Et statim moti in illis partes, in die misse sancti Andree eos inuenientes, multos ex eis occiderunt, et plures in Uencenna fluuio emerserunt, et exercitus Francorum Deo uolente cum uictoria incolomis remeauit.

ANNO incarnati uerbi DCCCLXXX. Hludouuicus rex Germanie una cum uxore sua ab Aquis in istas partes iter arripuit, et usque ad Duziacum uenit, ubi Gozlenus et Chuonradus obuiam illi uenerunt, quam plurimis iam de illorum complicibus ab illorum societate retractis. Indeque Hludouuicus et uxor sua ad Attiniacum, indeque ad Creciacum, et sic usque ad Ribodi montem peruenerunt. Et uidentes quia Gozlenus et Chuonradus quod ei polliciti fuerant adtendere nequiuerunt, et ipse ac uxor sua que sperauerunt obtinere non possent, pactis amicitiis cum filiis Hludouuici, et condicto placito futuro mense iunio ad Gundulfi uillam, reuersi sunt in patriam suam. Et inueniens Hludouuicus in itinere Nortmannos, Domino opem ferente magnam partem ex illis occidit exercitus suus. Sed in Saxonia magnum damnum de fidelibus suis per Nortmannos sustinuit. Filii autem Hludouuici quondam regis reuersi sunt Ambianis ciuitatem, et sicut fideles illorum inuenerunt regnum paternum inter se diuiserunt, id est ut Hludouuicus quod de Francia residuum erat de paterno regno, sed et Niustriam cum marchis suis haberet, et Karlomannus Burgundiam et Aquitaniam cum marchis suis haberet, et unusquisque de proceribus secundum conuenientiam in cuius diuisione honores haberent illi se commendarent. Inde Compendium redientes, ibi pascha Domini celebrauerunt. Et post hec per Remum et Catalaunis ciuitates ad placitum condictum mediante iunio apud Gundulfi uillam obuiam suis sobrinis uenerunt. Ad quod placitum Hludo-

mutatione acciperet. Gozlenus denique abbas memor insidiarum ac iniuriarum suarum quas a suis ęmulis tempore p̄cedenti sustinuerat, fisus de familiaritate quam cum hludouuico germanię rege et cum uxore illius atque cum primoribus illius terrę quando captus in bello apud andruacum et trans rhenum ductus fuerat obtinuit, cępit cogitare, qualiter talionem suis contrariis redderet, et chuonradum parisiaci comitem spe falsa de p̄cellenti potestate deludens, et quędam ingenia qualiter id exequi posset enarrans sibi coniunxit. Et ante quam illi qui cum regis filio erant ad condictum palacium apud meldis uenirent, ac-
503 celerauer̄t quoscumque potuer̄ episcopos et abbates atque potentes homines ad conuentum uocare ubi thara isaram influit, eo sub obtentu ut quia defunctus erat, unanimiter tractarent, de regni pace atque utilitate. His autem qui conuenerunt, persuaser̄ ut hludouuicum germanię regem in hoc regno conuocarent, et eius largitione honores quos actenus obtinere non potuer̄, sine ulla dubitatione haberent. Et miser̄ nuntios suos ad p̄dictum hludouuicum et uxorem eius, mandantes ut usque mettis uenire accelerarent, et illuc omnes episcopos et abbates ac primores istius regni ad illum perducere possent. Sicque per siluacum et secus axonam multas dep̄dationes ac rapinas facientes, usque ad uiridunum uener̄. Ueniente autem hludouuico mettis, iterum ad illum nuntios miser̄, postulantes ut usque ad uiridunum ueniret, quatenus commodius populum istius regni ad illum perducere possent. Veniens autem hludouuicus usque ad uiridunum, tanta mala exercitus eius in omnibus nequitiis egit, ut paganorum mala facta illorum uincere uiderentur. Audientes autem hugo et boso ac theodericus et illorum socii quę gozlenus et chuonradus cum illorum complicibus machinabantur, miser̄ uultarium episcopum aurelianensem, et goiramnum ac ansgerum comites ad hludouuicum apud uiridunum, ut ei offerent partem de regno hlotharii iunioris, quam karolus contra fratrem suum hludouuicum ipsius hludouici patrem acceperat, ut accepta illa portione regni in regnum suum rediret, et quod reliquum de regno patris sui karoli hludouuicus habuit, suis filiis consentiret. Hludouuicus uero et sui acceptam habentes talem oblationem, cum dedecore gozlenum et chuonradum ac complices illorum reiecer̄, et accepta regni parte sibi oblata, hludouuicus ad palatium suum franconofurth rediit. Audiens autem uxor illius, satis moleste tulit dicens, quia si illa cum eo uenisset, totum regnum istud haberet. Angustiantes autem gozlenus et chuonradus, ad ipsam reginam fecer̄ confugium, quęrimoniam agentes qualiter essent decepti. Et acceptis missis qui eos de parte hludouici confortarent, sed et alios quasi obsides, reuersi sunt rapinas et dep̄dationes facientes quocumque peruenire potuer̄, renunciantes sociis suis hludouicum quantocius cum exercitu magno uenturum, quoniam ad p̄sens uenire non poterat, quia nunciatum est ei non incerta relatione fratrem suum karlomannum paralisi percussum et iam morti uicinum, suumque filium de concubina nomine arnulfum partem regni illius occupasse, et ideo in illa parte festinus pergeret, sicut et fecit. Sopita uero sicut potuit, in illis partibus commotione, reuersus est ad uxorem suam. Audientes autem hugo abbas et ceteri primores qui cum filiis quondam senioris sui hludouuici hludouuico scilicet et karlomanno agebant, hludouuicum cum uxore sua in istas partes uenturum, quosdam episcopos ansegisum et alios miser̄ ad ferrarias monasterium, et ibi eos consercrari ac coronari in reges fecer̄. Interea boso persuadente uxore sua quę nolle uiuere se dicebat si filia imperatoris italię et desponsata imperatori graecię maritum suum regem non faceret, partim comminatione constrictis, partim cupiditate illectis, pro abbatiis et uillis ei promissis, et postea datis episcopis illarum partium, persuasit ut eum in regem ungerent et coronarent. Hugo etiam filius iunioris hlotharii ex uualdrada, colle-
504 cta p̄donum multitudine, regnum patris sui est molitus inuadere. Karolus hludouuici quondam regis germanię filius in longobardiam perrexit, et ipsum regnum obtinuit. Cum quo apud urbem antequam montem louis transiret, hludouuicus et karlomannus loqui perrexer̄. Et illo eunte in longobardiam, ipsisque reuersis ab eodem itinere, nuntiatum est eis quod northmanni qui erant in ligeri, terreno itinere terras illas dep̄dabant Et statim moti in illas partes in die missę sancti Andreę eos inuenientes, multos ex eis occider̄, et plures in uencenna fluuio emerser̄, et exercitus francorum deo uolente cum uictoria incolomis remeauit

ANNO incarnati uerbi DCCC LXXX. hludouuicus rex germanię una cum uxore sua ab aquis in istas partes iter arripuit, et usque ad duziacum uenit, ubi gozlenus et chuonradus obuiam illi uener̄t, quamplurimis iam de illorum complicibus ab illorum societate retractis. Indeque hludouuicus et uxor sua ad attiniacum, indeque ad ercuriacum, et sic usque ad ribodi montem peruener̄. Et uidentes quia gozlenus et chuonradus quod ei polliciti fuerant adtendere nequiuer̄, et ipse ac uxor sua quę sperauer̄ obtinere non possent, peractis amititiis cum filiis hludouuici, et condicto placito futuro mense iunio ad gundulfi uillam, reuersi sunt in patriam suam. Et inueniens hludouuicus in itinere nortmannos, domino opem ferente magnam partem ex illis occidit exercitus suus, sed in saxonia magnum dampnum de fidelibus suis per nortmannos sustinuit. Filii autem hludouuici quondam regis, reuersi sunt ambianis ciuitatem, et sicut fideles illorum inuener̄, regnum paternum inter se diuiser̄, id est ut hludouuicus quod francia residuum erat ex paterno regno, sed et niustriam cum marchis suis haberet, et karlomannus burgundiam et aquitaniam cum marchiis suis haberet, et quique de proceribus secundum conuenientiam in cuius diuisione honores haberent illi se commendarent. Inde compendium redientes, ibi pascha domini celebrauer̄. Et post hęc per remum et catalaunis ciuitates ad placitum condictum mediante iunio, apud gundulfi uillam obuiam suis sobrinis uener̄. Ad quod placitum hludo-

niens infirmitate detentus venire non potuit, sed per se missos suos direxit. Karolus autem a Longobardia rediens illuc venit. In quo placito communi consensu inventum est, ut ipsi reges Hludowici quondam filii ad Attiniacum redirent cum scara Hludowici Germaniae regis, et Hugonem Hlotharii iunioris filium impeterent. Quo venientes, quia Hugonem non invenerunt, sororium illius Teutbaldum bello aggressi sunt, et multis interfectis illum in fugam verterunt. Indeque cum hoste ex regnis suis unacum praedicta scara Hludowici regis Germaniae praedicti reges, ordinatis qui regnum suum contra Nortmannos in Ganto residentes custodirent, in Burgundiam versus Bosonem per mense iulium Atrecas civitate perrexerunt, Karolo rege illuc cum exercitu suo venturo. In quo itinere electis de castro Matisc. cuneo Bosonis hominibus, ipsum castellum ceperunt, et cum comitatu Bernardi cognomento Planto pilosa dederunt. Et pergentes simul Karolus, Hludowicus et Karlomannus ad obsidendam Viennam, in qua Boso uxorem suam cum filia et magnam partem de suis hominibus relinquens fugam ad montana quaedam arripuit. Karolus autem, qui se una cum sobrinis suis Viennam obsessurum promiserat, mox ut quaedam sacramenta utrimque inter eos facta fuerunt, ab ipsa obsidione recessit et in Italiam perrexit. Indeque Romam veniens, ab Iohanne papa se in die nativitatis Domini in imperatorem consecrari obtinuit.

ANNO incarnationis dominicae DCCCLXXXI, remanente Karlomanno cum suis contra Bosonis seditionem, Hludowicus frater eius reversus est in partem regni sui contra Nortmannos, qui vastantes omnia in suo itinere Corbeiae monasterium et Ambianis civitatem aliaque sancta loca occupaverunt. De quibus non modicam partem occisis ceterisque fugatis, et ipse Hludowicus unacum suis retrorsum nemine persequente fugam arripuit, divino manifestante iu-
505 dicio, quia quod a Nortmannis fuerat actum non humana sed divina virtute patratum extiterit. Iterum namque Nortmannis regredientibus in partem regni sui, isdem Hludowicus cum quibus potuit obviam eis perrexit, et castellum materia lignea quorundam consiliariorum suorum hortatu in loco qui dicitur Strom clausit. Quod magis ad munimen paganorum quam ad auxilium christianorum factum fuit, quoniam ipse rex Hludowicus invenire non potuit cui illud castellum ad custodiendum committere posset. Indeque reversus, anno dominicae incarnationis DCCCLXXXII apud Compendium nativitatem Domini et sanctum pascha celebravit. Ubi nuntiatum est quia sobrinus suus Hludowicus Hludowici regis Germaniae filius, inutiliter sibi et ecclesiae ac regno vivens, morti subcubuit. Venientes autem primores partis illius regni quae ipsi Hludowico in locarium data fuerat, quatenus quem pater avus illorum habuerunt eis consentiret, noluerunt se illi commendare. Sed consilio primorum suorum propter sacramenta quae inter eum et Karolum facta fuerunt non eos in commendationem suscepit, sed scaram hostilem cui praefecit Theodericum comitem quasi in adiutorium illorum contra Nortmannos disposuit. Et ipse ultra Sequanam ac si receptus Brittonum principes et bellaturus contra Nortmannos usque Turonis perrexit. Ubi infirmatus est corpore, et lectica deportatus usque ad monasterium sancti Dyonisii mense augusto, ibi mortuus est et sepultus. Primores autem regni expeditum nuntium miserunt ad Karlomannum, mandantes ut relictos qui Viennam obsiderent et seditioni Bosonis resisterent, ipse quantocius ad eos venire festinaret, quoniam hostiliter ipsi praeparati erant in occursu Nortmannorum, qui civitates Coloniam et Treveris cum monasteriis sibi contiguis iam incensas haberent, et monasterium sancti Landberti in Leudica, Prumiae et Inde, Aquis etiam palatium, omniaque monasteria parrochiarum, Tungrensis videlicet, Atrebatensis, Cameracensis et partem Remensis parrochiae suae dicioni addita, et partim cum castello Mosomagensi incensa, et Walam Mettensem episcopum contra sacram auctoritatem et episcopale ministerium armatum et bellantem occisum et socios eius fugatos habebant. Ipsi autem parati erant illum recipere et se illi commendare, sicut et fecerunt. Dum autem in eodem procinctu degeret mense septembrio, nunciatum est illi certo nuncio, quia capta Vienna uxorem Bosonis et filiam eius Richardus frater ipsius Bosonis ad comitatum suum Augustidunensem adductam habebat. Sed et Astingus et complices illius Nortmanni a Ligeri egressi maritimas partes petierunt. Karolus autem nomine imperator contra Nortmannos venit cum multo exercitu usque ad illorum firmitatem. Quo veniens concidit cor eius, et placida mente Gotafridum cum suis ut baptismum susciperet, et Frisiam aliosque honores quos Roricus habuerat reciperet, interventione quorundam optinuit. Sigefrido etiam et Wurmoni illorumque complicibus plura milia auri et argenti quae de tesauro sancti Stephani Mettensis aliorumque sanctorum locis arripuit eis dedit, et ad devastandam regnum sui atque consobrini sui partem sicut antea fecerant residere permisit. Hugoni autem Hlotharii 506
iunioris filio facultates aecclesiasticas Mettensis episcopii, quas sacri canones futuro episcopo reservari percipiunt, ad consumendum commisit. Engilbergam vero Hludowici Italiae regis uxorem, quam imperator in Alemanniam transduxerat, per Leudoardum Vercellensem episcopum Iohanni papae sicut petierat Romam remisit. Et sic versus Warmanniam placitum suum kalendas novembris habiturus a Nortmannis recessit. Ad quod placitum Hugo abbas quibusdam sociis secum assumptis perrexit pro petitione partis regni quam frater suus Hludowicus in locarium acceperat, ut sicut ipse Karolus olim promiserat Karlomanno restitueret. Unde nil certi obtinuit, sed absentia illius in isto regno maximum detrimentum fecit, quia Karlomannus non habuit unde Nortmannis posset resistere, quibusdam regni primoribus ab ipsius auxilio se retrahentibus. Quapropter usque circa Laudunum castellum venerunt, et quae in giro ipsius castelli erant

uuicus infirmitate detentus uenire non potuit, sed pro se missos suos direxit. Karolus autem a longobardia rediens, illuc uenit. In quo placito communi consensu inuentum est, ut ipsi reges hludouuici quondam filii ad attiniacum redirent cum scara hludouuici germanię regis, et hugonem hlotharii iunioris filium impeterent. Quo uenientes, quia hugonem non inuener̄, sororium illius teutbaldum bello aggressi sunt; et multis interfectis, illum in fugam uerter̄. Indeque cum hoste ex regnis suis una cum p̄dicta scara hludouuici regis germanię p̄dicti reges ordinatis, qui regnum suum contra nortmannos in ganto residentes custodirent, in burgundiam uersus bosonem per mensem iulium a trecas ciuitate perrexer̄, karolo rege illuc cum exercitu suo uenturum. In quo itinere electis de castromates cuneo bosonis hominibus, ipsum castellum ceper̄, et cum comitatu bernardi co gnomento planto pilosa deder̄, et pergentes simul karolus hludouuicus et karlomannus ad obsidendam uiennam, in qua boso uxorem suam cum filia, et magnam partem de suis hominibus relinquens, fugam ad montana quędam arripuit. Karolus autem qui se una cum sobrinis suis uiennam obsessurum promiserat, mox ut quędam sacramenta utrimque inter eos facta fuer̄, ab ipsa obsidione recessit, et in italiam perrexit. Indeque romam ueniens, ab iohanne papa se in die natiuitatis domini in imperatorem consecrari obtinuit.

ANNO incarnationis dominicę DCCC LXXXI. remanente karlomanno cum suis contra bosonis seditionem, hludouuicus frater eius reuersus est, in partem regni sui contra nortmannos, qui uastantes omnia in suo itinere, corbeiae monasterium et ambianis ciuitatem aliaque sancta loca occupauer̄, de quibus non modicam partem occisis, ceterisque fugatis, et ipse hludouuicus una cum suis retrorsum nemine persequente fugam arripuit, diuino manifestante iu-
505 dicio, quia quod a nortmannis fuerat actum, non humana sed diuina uirtute patratum extiterit. Iterum namque nortmannis regredientibus in partem regni sui, isdem hludouuicus cum quibus potuit obuiam eis perrexit, et castellum materia lignea quorundam consiliariorum suorum hortatu in loco qui dicitur stromus clausit, quod magis ad munimen paganorum quam ad auxilium christianorum factum fuit, quoniam ipse rex hludouuicus inuenire non potuit cui illud castellum ad custodiendum committere posset. Indeque reuersus, anno dominicę incarnationis DCCC LXXX II. apud compendium natiuitatem domini et sanctum pascha celebrauit. Ubi nuntiatum est, quia sobrinus suus hludouuicus hludouici regis germanię filius inutiliter sibi et ecclesię ac regno uiuens, morti subcubuit. Venientes autem primores partis illius regni quę ipsi hludouuico in locarium data fuerat, quatenus quę pater eius auus illorum habuer̄ eis consentiret, uoluer̄ se illi commendare, sed consilio primorum suorum propter sacramenta quę inter eum et karolum facta fuerunt, non eos in commendationem suscepit, sed scaram hostilem cui p̄fecit theodericum comitem, quasi in adiutorium illorum contra nortmannos disposuit, et ipse ultra sequanam ac si receptus brittonum principes et bellaturus contra nortmannos, usque turonis perrexit, ubi infirmatus est corpore et lectica deportatus usque ad monasterium sancti Dyonisii mense augusto, ibi mortuus est et sepultus. Primores autem regni expeditum nuntium miser̄ ad karlomannum, mandantes ut relictos qui uiennam obsiderent, et seditioni bosonis resisterent, ipse quantocius ad eos uenire festinaret, quoniam hostiliter ipsi p̄parati erant in occursum nortmannorum qui ciuitates coloniam et treueris cum monasteriis sibi contiguis iam incensas haberent, et monasterium sancti landberti in leudica et proniae, et inde aquis etiam palatium, omniaque monasteria parrochiarum, tungrensis uidelicet, atrebatensis, cameracensis, et partem remensis parrochię suę dicioni addita, et partim cum castello mosomagensi incensa, et uualam mettensem episcopum contra sacram auctoritatem et episcopale ministerium armatum et bellantem occisum, et socios eius fugatos habebant. Ipsi autem parati erant illum recipere, et se illi commendare, sicut et fecerunt. Dum autem in eodem procinctu degeret mense septembrio, nunciatum est illi certo nuncio, quia capta uienna uxorem bosonis et filiam eius richardus frater ipsius bosonis ad comitatum suum augustidunensem adductam habebat. Sed et astingus et complices illius nortmanni a ligeri egressi, maritimas partes petierunt. Karolus autem nomine imperator, contra normannos uenit cum multo exercitu, usque ad illorum firmitatem. Quo ueniens, concidit cor eius, et placida mente gotafridum cum suis ut baptismum susciperet, et frisiam aliosque honores quos roricus habuerat reciperet, interuentione quorundam optinuit. Sigefrido etiam et uurmoni illorumque complicibus plura milia argenti et auri quę de thesauro sancti stephani mettensis aliorumque sanctorum locis arripuit eis dedit, et ad deuastandam regni sui atque consobrini sui partem sicut antea fecerant, residere permisit. Hugoni autem hlotharii 506
iunioris filio, facultates aecclesiasticas mettensis episcopii quas sacri canones futuro episcopo reseruari p̄cipiunt, ad consummendum commisit. Engilbergam uero hludouici italiae regis uxorem, quam imperator in alamanniam transduxerat, per leudoardum ceercellensem episcopum iohanni papę sicut petierat romam remisit, et sic uersus uuarmanniam placitum suum kalendas nouembris habiturus a notmannis recessit. Ad quod placitum hugo abbas quibusdam sociis secum assumptis perrexit, pro petitione partis regni quam frater suus hludouuicus in locarium acceperat, ut sicut ipse karolus olim promiserat, karlomanno restitueret. Vnde nil certi obtinuit, sed absentia illius in isto regno maximum detrimentum fecit, quia karlomannus non habuit unde notmannis posset resistere, quibusdam regni primoribus ab ipsius auxilio se retrahentibus; Quapropter usque circa laudunum castellum uenert̄, et quę in giro ipsius castelli erant

depredati sunt et incenderunt. disponentes remis uenire. Inde quoque persuasionis et nouiomagum pergentes. ad praefatum castellum expugnandum redire et regnum sibi subicere. Quod pro certo audiens hincmarus episcopus cuius homines de potestate remensis episcopii cum karolo iam erant. uix noctu cum corpore sancti Remigii et ... remensis ecclesie sicut infirmitas corporis eius poscebat sella gestatoria deportatus. et ... nonicis ac monachis atque sanctimonialibus hac illacque dispersis. ultra matronam in quadam uilla quae sparnacus nominatur uix fuga lapsus peruenit. Scara autem denortmannis plenitudinem illorum preueniens. usque ad portam remi peruenit. Qui ea que extra ciuitatem inuenerunt depredati sunt. et uillulas quasdam incenderunt; Sed ciuitatem quam nec murus nec humana manus defendit. dei potentia et sanctorum merita ne illam ingrederentur defendere. Karlomannus autem superuentionem nortmannorum audiens. cum quibus potuit eos aggressus est. et magna parte de his qui predam ducebant occisis. et parum in axona necati sunt. maxime autem ex illis qui remum adierunt. uolentibus ad socios suos redire predam excussit. Maior uero et fortior pars denortmannis in quadam uilla que uocatur auallisse reclusit. ubi eos illi qui erant cum karlomanno sine periculo sui adire nequiuerunt; Vnde circa uesperam pedetemptim retrorsum reuersi. in uicinis uillis se collocauerunt. Nortmanni uero mox ut luna eis illuxit. ab ipsa uilla egressi. itinere quo uenerant redierunt;

Odolricus episcopus rodulfus archidiaconus. et omnis remensis ecclesie clerus. omnibus ecclesie dei filiis. Quidam peruersi et nefarii homines templum dei cum scelerata mente introeuntes. dum clementiam dei exorare et precibus deberent insistere. furtis et sacrilegiis instinctu diabolico non metuunt inhiare. Ex quibus quidam quos adhuc ignoramus ingredientes hanc beate dei genitricis mariae basilicam. pallium desuper altare sancte crucis non timuerunt auferre. Sed et alia quedam nuper ablata sunt inde. linteamina uidelicet ex lecto frederici custodis ecclesie. Sed et de capella sancti petri infra claustrum. ablatum est uestimentum sacerdotale in presenti. in preterito uero anno. liber missalis. Quarum omnium rerum fraudatores et sacrilegos excommunicamus et anathematizamus. per uirtutem et auctoritatem dei omnipotentis patris et filii et spiritus sancti. in uirtute sancte crucis. ex uirginitate beate dei genitricis mariae. et auctoritate sancti petri apostolorum principis. omniumque sanctorum. ut sint excommunicati et separati a participatione corporis et sanguinis christi. et ingressu ecclesie omniumque christianorum societate. donec inde emendationem et satisfactionem ueniant. uel predicta que abstulerunt huic ecclesie reddant;

ITERUM INCIPIT CHRONICA AB ANNO INCARNATIONIS DOMINICAE.

IUSTINIANUS minor filius constantini regnauit annos decem. Hic constituit pacem cum sarracenis decennio terra marique; Sed et prouincia africa subiugata est romano imperio. que fuerat capta a sarracenis. Ipsa quoque carthago ab eis capta est. et destructa. Post iohannem conon episcopatum romane ecclesie. et post cononem Sergius; Iustinianus romanum pontificem sergium quia erraticae sue synodo quam constantinopoli fecerat fauere et subscribere noluisset. misso zacharia protospatario suo iussit constantinopoli deportari; Sed preuenit militia rauennatis urbis uicinarumque partium iussa principis nefanda. et eundem zachariam contumeliis et iniuriis affectum ab urbe roma pepulit; Idem papa sergius ordinauit uenerabilem uirum uuilbrordum cognomento clementem fresonum genti episcopum. peregrinus enim erat de brittannia gentis anglorum. In qua gente fresonum usque hodie per eius merita innumera cotidie diabolo fiunt detrimenta. et christiane fidei fiunt augmenta; Iustinianus ob culpam perfidiae regni gloria priuatus. exul in pontum secedit.

LEO regnauit annos tres; Sergius papa in sacrario beati petri apostoli capsam argenteam quae in angulo obscurissimo diutissime iacuit. et in ea crucem diuersis ac preciosis lapidibus adornatam domino reuelante repperit. De qua tractis quatuor petallis quibus gemme incluse erant. mire magnitudinis portionem ligni salutiferi dominice crucis interius repositam respexit. Que ex tempore illo annis omnibus in basilica saluatoris que appellatur constantiniana die exaltationis eius ab omni osculatur atque adoratur populo. Reuerentissimus ecclesie lindisfarnensis in brittannia ex anachorita antistes cuthbertus. totam ab infantia usque ad senium uitam miraculorum signis inclitam duxit; Cuius dum undecim annos incorruptum maneret corpus humatum. post hec quasi eadem hora defunctum cum ueste qua tegebatur simul inuentum est. sicut in libro de eius uita et uirtutibus. et prosa nuper et carmine uersibus scripto ante aliquot annos ipsi signauimus.

TYberius regnauit annis septem; Synodus aquileie facta ob imperitiam fidei. quintum uniuersale concilium suscipere diffidit. quae facta est constantinopoli temporibus uigilii papae sub iustiniano principe contra theodorum et omnes hereticos. donec salutaribus beati sergii monitis instructa. et ipsa huic cum ceteris christi ecclesiis adnuere consentit. Gysulfus dux gentis langobardorum beneuenti campaniam igne gladio et captiuitate uastauit; Cumque non esset qui ei impetu resisteret. apostolicus papa iohannes qui sergio successerat. missis ad eum sacerdotibus ac donariis perplurimis. uniuersos redemit captiuos. atque hostes domum redire fecit. Cui successit alius iohannes. qui inter multa opera illustrium fecit oratorium sancte dei genitricis opere pulcherrimo intra ecclesiam beati petri apostoli;

dep̄dati sunt et incender̄, disponentes remi uenire. Indeque per suessionis et nouiomagum pergentes, ad p̄fatum castellum expugnandum redire et regnum sibi subicere. Quod pro certo audiens hincmarus episcopus cuius homines de po testate remensis episcopii cum karlomanno erant, uix noctu cum corpore sancti Remigii et ornamentis remensis ęcclesię sicut infirmitas corporis eius poscebat scella gestatoria deportatus, et canonicis ac mo nachis atque sanctimonialibus hac illacque dispersis, ultra matronam in quadam uilla quae sparnacus nominatur, uix fuga lapsus peruenit. Scara autem de nortmannis plenitudinem illorum pręueniens, usque ad portam remi peruenit. Qui ea quę extra ciuitatem inuener̄ dep̄rędati sunt, et uillulas quasdam incender̄. Sed ciuitatem quam nec murus nec humana manus defendit, dei potentia et sanctorum merita ne illam ingrederentur, defender̄. Karlomannus autem super uentionem nortmannorum audiens, cum quibus potuit eos aggressus est; et magnam partem de his qui p̄dam ducebant occisis, et partim in axona necati sunt, maxime autem ex illis qui remum adier̄, uolentibus ad socios suos redire prędam excussit. Maior uero et fortior pars de nortmannis in quadam uilla quę uocatur auallis se reclusit, ubi eos illi qui erant cum karlomanno sine periculo sui adire nequiuer̄. Vnde circa uesperam pedetemptim retro reuersi, in uicinis uillis se collocauer̄. Nortmanni uero mox ut luna eis illuxit, ab ipsa uilla egressi, itinere quo uenerant redierunt;

~~Odolricus episcopus~~, rodulfus archidiaconus, et omnis remensis ~~aecclesie~~ clerus, omnibus ęcclesię dei filiis. Quidam peruersi et nefarii homines templum dei cum scelerata mente introeuntes, dum clementiam dei exorare et p̄cibus deberent insistere; furtis et sacrilegiis instinctu diabolico non metuunt inhiare. Ex quibus quidam quos adhuc ignoramus ingredientes hanc beatę dei genitricis ~~MARIAE~~ basilicam, pallium desuper altari sanctę ~~crucis~~ non timuer̄ auferre. Sed et alia quędam nuper ablata sunt inde, linteamina uidelicet ex lecto frederici custodis ęcclesię. Sed et de capella sancti Petri infra claustrum, ablatum est uestimentum sacerdotale in praesenti, in praeterito uero anno; liber missalis. Quarum omnium rerum fraudatores et sacrilegos excommunicamus et anathematizamus, per uirtutem et auctoritatem dei omnipotentis patris et filii et spiritus sancti, in uirtute sanctae crucis, ex uirginitate beatę dei genitricis MARIAE, et auctoritate sancti ~~Petri~~ apostolorum principis omniumque sanctorum, ut sint excommunicati et separati a participatione corporis et sanguinis ~~christi,~~ et ingressus ęcclesię omnique christianorum societate, donec inde emendationem et satisfactionem ueniant, uel praedicta quę abstuler̄ huic ęcclesię reddant;

ITEM INCIPIT CHRONICA AB ANNO INCARNATIONIS DOMINICAE,

IUSTINIANUS minor filius constantini, regnauit annos decem. Hic constituit pacem cum sarracenis decennio, terra marique; Sed et prouincia africa subiungata est roriano imperio, quę fuerat capta a sarracenis. Ipsa quoque carthago ab eis capta est, et destructa. Post iohannem conon episcopatum romanę aecclesię, et post cononem Sergius; Iustinianus romanum pontificem sergium quia erraticę suę synodo quam constantinopolim fecerat fauere et subscribere noluisset, misso zacharia protospatario suo iussit constantinopolim deportari; Sed praeuenit militia rauennatę urbis uicinarumque partium iussa principis nefanda, et eundem zachariam contumeliis et iniuriis affectum ab urbe roma pepulit; Idem papa Sergius ordinauit uenerabilem uirum uuilbrordum cognomento clementem fresonum genti episcopum, peregrinus enim erat de brittannia gentis anglorum. In qua gente fresonum usque hodie per eius merita innumera cotidie diabolo fiunt detrimenta, et christianę fidei fiunt augmenta; Iustinianus ob culpam perfidiae regni gloria priuatus, exul in pontum succedit.

LEO regnauit annos tres; Sergius papa in sacrario beati petri apostoli capsam argenteam quae in angulo obscurissimo diutissime iacuit, et in ea crucem diuersis ac p̄ciosis lapidibus adornatam domino reuelante repperit. De qua tractis quatuor petallis quibus gemmę inclusę erant, mirae magnitudinis portionem ligni salutiferi dominicę crucis interius repositam respexit. Quę ex tempore …, annis omnibus in basilica saluatoris quę appellatur constantiniana die exaltationis eius ab omni osculatur atque adoratur populo. Reuerentissimus aecclesię lindisfarnensis in brittannia ex anachorita antistes chutbertus, totam ab ~~a~~infantia usque ad senium uitam miraculorum signis inclitam duxit; Cuius dum undecim annos incorruptum maneret corpus humatum, post hęc quasi eadem hora defunctum cum ueste qua tegebatur simul inuentum est, sicut in libro de eius uita et uirtutibus et prosa nuper et exametris uersibus scripto ante aliquot annos ipsi signauimus;

Tyberius regnauit annis septem; Synodus aquileio facta ab imperitia fidei, quintum uniuersale concilium suscipere diffidit, quae facta est constantinopoli temporibus uigilii papae sub iustiniano principe contra theodorum et omnes hereticos, donec salutaribus beati sergii monitis instructa, et ipsa huic cum cęteris christi aecclesiis adnuere consentit. Gysulfus dux langobardorum beneuenti campaniam, igne, gladio, et captiuitate uastauit; Cumque non esset qui ei impetu resisteret, apostolicus papa iohannes qui sergio successerat, missis ad eum sacerdotibus ac donariis perplurimis, uniuersos redemit captiuos, atque hostes domum redire fecit. Cui successit alius iohannes, qui inter multa operum illustrium fecit oratorium sanctę dei genitricis opere pulcherrimo intra ecclesiam beati PETRI apostoli;